legis non quod est directe in compa
racione ad suum finem et secundum
condicionem nature / sed ingenitum est
penalis ex lege diuina conse
quens hominem destitutum a propria
dignitate et hoc quidem racionale
et iustum videtur Sic enim Anshelmus
docet primo Cur deus homo c 18 /
Si primi parentes perstitissent in
iusticia qua conditi erant ut suc
cubuissent sed resistissent tem
tacioni diaboli / ipsi cum poste
ritate sua confirmati fuissent
Ut amplius peccare non possent

deo quia pmiserūt se vinci dya
bolo cum tamen illi facile pos
sent resistere a deo infirmati
sunt ut quantum in ipsis est sine
peccato esse non possint Ita similiter
ordinatum fuit de angelis crea
tis in celis Nam qui ad prima
temptacione consenserūt peccato
de celo deiecti sunt et facti obsti
nati qui vero persisterūt resi
stentes temptacionem eo ipso confirma
ti sunt in gloria ut nec velint aut
peccare possint Unde expresse evi
dentissime patet quod iustissime
tota posteritas condempnatorum

q̄ pctm o et aq̄ ne committunt cronitan̄ aīa mala sit q̄ maledicton

ꝙ tam plum

sustepit in primo parente / quia sicut
ex merito suo si temptatorem vicis
set totum genus humanum
remissum esset confirmatū in
bono ut nullatenus posset in
malum deflecti (Ita eo suo de
merito decuit penam subire et
subici in servitutem carnis / ali
quid enim dicitur lex aut virtus in
natura inferiori quod tamen reputatur in
vicium si sit in natura superiori / ut
ex iracundiam et ferocem repu
tatur virtus in cane vel tthauro
/ sed non mediocre est in hoc
vicium propter quod iustum fuit ac racio
nale videtur Nam cum inter ce
teros effectus originalis iusticie
hic esset unus videlicet quod homo corpo
suo ac omnibus membris et
viribus sensitivis poterat impe
rare ad nutum / et hec erant
sibi absque difficultate resiste
rie in omnimoda obediencia
Iusti fuit quia homo noluit
obedire deo superiori suo ipse
perdit obedienciam corporis et me-
brorum que erant sibi subiecta
omnimoda servitute / et ne dum per-
deret sed in penam peccati transsi-
vet ad servilem ac plebeyam
legem / ut ipse quodammodo illius
membris subiectus ut servus
Hec videtur sensisse apostolus Ro vii
video inquit aliam legem in
membris meis repugnantem
legi mentis mee et captivantem
me in lege peccati que est in mem-
bris meis Similiter Gen viii
sensus cogitacio hominis prona
sunt in malum ab adolescencia
sua ¶ Amplius specifican-
do de hac lege fomitis videtur
quod hec lex fomitis et concupiscencia
aliaque mala que sunt vel con-
comittantur originale peccatum pro-
venerit ex maledictione dei Sicut
enim a principio deus benedicendo homi-
ni constituit eum dominum omnium crea-
turarum quasi ad nutum ita ut hec
omnia subcederet ei Gen primo
Similiter et ysaac ex benediccione
constituit filium suum Iacob Iacob
dominum fratrum suorum Gen xx
vii Ita econtra per malediccionem
cionem quis constituitur servus aliorum
Exemplum de Canaan propter
maledictionem Noe Gen ix
Similiter de lepra naaman que
ex maledictione prophete Elizei ad
hesit Gezi et semini eius suo
in sempiternum 4 Re v Ergo
possit dici quod hoc decretum divine
legis contra adam et universam
eius posteritatem fuit sentencia divine
malediccionis qua maledixit
semen suum in sempiternum

Ita ut omnes qui ex semine ipsius
nascerentur essent subditi ac servi
sensualitatis et q. naturaliter quadam
necessitate peccatum vitare non posset
absque dono gratie semper et in eis
perseveraret Ob quam de peccato suo
rum parentum et ad hec facit
quod auctoritas sacre scripture sapientie
xii Nequam est nacio eorum
et malicia naturalis ipsorum quoniam non
poterat immutari cogitacio
eorum in perpetuum semen
enim erat maledictum ab inicio
et hec glosa intelligit de ori
ginali peccato Unde sic in semine
ade omnium hominum maledictio
fuisse videtur sic quod ab eo ge
niti non possunt peccatum vitare
quoniam in semine abrahe quod
est christus fuit benediccio gencium
omnium actuum 3o Ita et natus
ex deo peccatum non facit quoniam
semen ipsius in eo manet et
non potest peccare quoniam ex deo natus
est i Jo iii c. Unde quia decre
tum hec maledictionis contra po
steritatem ade durabit quam
diu mundus erit per hec apo
x xii Narrabo de consummacione
temporis et iudicii completaque
secunda corporum resurrectione dicitur
et omne maledictum non erit am
plius ¶ Adversus hec pro
xime dicta insurgit difficul
tas quedam non parva non enim
videtur quod hec lex fomitis seu
dicitur impetus sensualitatis
sit in pena primi peccati sed quod insit
sit nobis ex condicione natu
rali qualitas cuius racionis
sit in nobis et in bestiis

bus corporis et sensus cum aliis in
animatis Et quia cum ipsis par
ticipamus in condicione sensua
litatis videtur quod hec a natura insit
nobis et non ex decreto divine
iusticie in pena primi peccati Unde
dicitur Ecclesiastes 3o quod unus est interi
tus hominis et iumentorum et
equa utriusque condicio Hec vaca
tante reputacionis fuit quod pluri
mo tempore multos latuit quid est
peccatum originale et negaverunt
totaliter non dum pro tempore legis
nature et scripture sed et legis
gracie sic pelagianus et
alii heretici pro expositione huius
difficultatis Respondeo iiii parte ~~capitulo~~
~~ad celum statum~~ videbitur etiam
si quodammodo videar contendi
tamen quia nature puto ad sequen
cia declaranda benigna hominum
posco audienciam et confido
quod v r p ... ad celum statum
videbitur quod ex solo iudicio
racionis eciam absque auctoritate sa
cre scripture necesse est confiteri
hominibus effectualiter inesse pec
catum originale Et est hec
deduccio ~~secundum~~ doctrinam anselmi
Cur deus homo et de concep
tu virginali ad cuius probacionem
premittitur unum quod notissimum
est apud omnes katholicos
possit etiam faciliter probari cui
libet infideli videlicet quod homo factus
est ad capescendam eternam bea
titudinem que est status omnium
insti omnium bonorum aggregacione
perfectus Et consistit in hec

¶ quod est inesse ho
minibus peccatum probatur
ex sola cum
... racione

quod est intelligere et amare
summu bonu in eo qd delectat
perpetuo Questio B / Est igitur questio Cum
homo secundum condicionem nature
sue factus sit ad eternam perci-
piendam beatitudinem et non
ab alio quam a deo / numquid ab
inicio sic factus sit qualis hoc
Cum tot viciosis penalitati-
bus corripiamur omnes homines
esse / vel pocius est dicendum
quod a deo primo sit factus homo
cum oppositis condicionibus / ita quod
in homine ex sua prima condicione
nature maior esset aptitudo ut
beatitudinem attingeret quam
quod ab ea deficeret / Responsio Ad hoc videtur
sit ad sapientem artificem
pertinet sic constituere opus suum
ut aptitudinem habeat ad con-
sequendum finem intentum
finis enim domus est stabilem
permanere Eo quod iuxta doctrinam
salvatoris comparatur viro sapi-
enti qui super firmam petram
Insipiens vero dicitur qui super
arenam instituit fundamen-
tum domus Et est inde pro-
eo quod ad ruinam que est opposi-
tum sui finis maiorem habet
inclinacionem Simile est de
illo qui vellet in altum as-
cendere et scalas frangeret
tibiasque ligaret Constat autem
ut de aliis taceamus iuxta doc-
trinam theologorum omnes homines
nasci cum hiis quatuor vi-
ciis / infirmitate ignorancia
malicia et concupiscencia ita et
suo modo condicione nature aptior
sit ad concupiscendum carnalia

quam spiritualia fragilis ad perseveran-
ciam boni fortis in perpetracione
mali ad celestia ignavus ad
propria comoda se convertens /
Hec autem manifeste contrariantur
et resistunt ab eo qui dicitur esse
finis hominis ex prima sui condi-
cione nature videlicet intelligere et cognoscere
et bonum eternum summe amare
Unde sequitur quod repugnat sapiencie
dei a qua nichil obliquum
sive inordinatum procedit
simul et bonitati que omnia
dirigit ad suos fines hominem cum
huiusmodi aliisque viciis sic pa-
rere vel immediate a deo fuis-
se constitutum uti prout habet
maiorem inclinacionem habentem
in malum quam ad bonum / et quod
aptior sit suo fine deficere quam
illum attingere Hic enim homo
non diceretur esse opus sapientis
et boni artificis / oportet ergo
intelligi pocius esse / dei namque
perfecta sunt opera / et ideo non
decet aliquid a deo immediate
fieri nisi cum debita disposicione
ad suum finem / et ista est ra-
cio iuxta doctrinam Hugonis di-
cebat quod quia primo fuit homo
immediate a deo factus / opor-
tuit quod non cum peccato sed fieret
cum iusticia et beatitudine ita
sicut fuisset si deus et Iohan-
nes dicebat iudeis de lapi-
dibus suscitaret filios abrahe
quod huiusmodi homines fierent a deo
sapientes et iusti Et racio
fundamentalis est quia a bo-
no et sapiente artifice

actum Quod homines nascuntur cum quatuor viciis

si ab eo immediate et in toto
dependeret numquam sit opus cum
repugnancia dispositionis
ad suum finem / preterea cum
omnis pena intelligatur aliud
sit quam passio involuntaria
Constat autem hec et alia
vicia humane nature non sponte
sed invite hominem pati nec
decet divinam iusticiam hu-
mano generi velle sine culpa
infligere dampnabiles pe-
nas Manifeste igitur conclu-
ditur hominem a sua pri-
ma condicione cum huiusmodi pe-
nalitatibus a deo non fuis-
se immediate conditum
Ex alia parte cum notissimum
sit et experiamur omne hu-
manum genus subici huius pas-
sionibus que eidem ex sua
prima condicione non competunt
Restat inquiri unde in eo per-
venerunt Cum enim homo sit cre-
atura et opus dei constat
quod quicquid aliud a deo quod ipsi
deo invito vel ignorante
non potuit huiusmodi penis seu
viciis humanum genus subicere
Quare oportet intelligere a
deo solum vel propter hominem
inflicta fuisse / Unde ex hoc
manifestum fit quod supra
probatum quod contrarium origina-
lis peccati provenit ex defectu
divine fine Et quia omnis
pena que a iusto iudice
infligitur vel in omnibus est
propter demeritum aliquod peccati
necesse est concludi huius

vicia et penalitates inesse
humano generi merito alicuius
peccati Cumque nullus homo ab
inicio sit [illegible] liber fuit
deinceps in hac consequenciam
ut hec pervenerint quam humano
generi per peccatum primi hominis in quo
ab inicio tota humana natura
seminaliter fuit / repugnat enim
ut deductum est divine
sapiencie bonitati et iusticie
/ et sibi et fini hominis cum
huiusmodi viciis et penalitatibus
sic a deo primarie conditum
fuisse Hoc autem est originale
peccatum de quo sacra scriptura
testatur quod per unum hominem
mors intravit in mundum Et
quod in adam omnes peccaverunt
Hec eciam est de qua augustinus
in 3o libro [illegible] et in 5o retracta-
cionum [illegible] vera
pro falsis ut erret / homo
invitus et resistente atque
torquente dolore carnalis
vinculi non posse a libidi-
nosis operibus temperare
non hominis instituti sed pena
dampnati Ex hiis igitur manifeste
patet cuilibet racionabiliter consideranti
finem eterne beatitudinis
ad quem homo conditus est
Item bonitatem sapienciam
et iusticiam dei propter demeri-
tum primi parentis a deo infli-
cta esse huiusmodi penalitates
et vicia quibus afflicta est
humana natura Et quod hic videtur
ad difficultatem supposita
videlicet quod cum penalitates [illegible]

petat hominem racione dualitatis
et hec eiusdem racionis reperitur
in homine et in brutis quod nati-
tas humani concupiscentie et aliarum
penalitatum a natura insit homini
nec propter culpam primi parentis
Oportet namque racionem hominis
aliquam considerare Esto non (alcius)
quod sensualitas sit in homine eiusdem
racionis cum brutis tamen in hoc
reperitur forma quedam specialis
que non in illis scilicet anima intellectualis
racione cuius hec ordinatus
est ad altiorem finem videlicet eter-
nam beatitudinem / Unde sic
in brutis appetitus sensualitatis
principatur quia sufficit ad con-
sequendum finem suum / Ita oportet
quod in homine dominetur iudicium
racionis quod requiritur ut pos-
sit attingere debitum finem Et
sic irrationale ac inordinatum
esset si appetitus sensualitatis in
brutis subiectus foret esset poten-
cie vegetative / Ita quod bruta
non possent apprehendere et ap-
petere ea delectabilia que ipsis
conveniunt ad custodiam sue
vite et non valerent ad ea motu pro-
gressivo moveri Et quod immobilia
localiter essent ad modum potencie
vegetative que eiusdem est racionis (vel)
cum plantis quia tunc deficerent
a debito fine nec possent frui
in suo esse nature Sic in hominibus
etiam non tamen minus absurdum
indicaretur si operaciones sue quarum
appetitus rationalis debet
esse principale motivum / regule-
tur et subdite sint appetitui
sensualitatis / Ita quod vix aut

minime homo possit elicere opera-
ciones suas prosequendo debi-
tum finem nisi ad modum sen-
sualitatis / Hec non manifeste repu-
gnat dignitati humane cui quod sua
condicione non competit nec tamen
pro speciali sed in omnibus que sunt
sensualitatis requiritur dominari
Itaque licet sensualitas sit eiusdem
racionis in homine et in brutis
tamen aliter et aliter / quia in illis
ut principalis causa motiva et
ut domina quodammodo suarum operacionum
qua dependent omnes alie operaci-
ones / In homine autem sensualitas
esse debet secundum suam condicionem
non ut domina sed ut ancilla
et sub racione Et hec est natura
prima condicio et prima lex hominis
instituti secundum quam faciliter po-
terat et debebat ordinare opera-
ciones suas ad consequendum
finem sibi intentum / Quod igitur nunc
econtrario reperiatur in homine videlicet quod
ancilletur racio et sensualitas
dominetur oportet intelligi iuxta superius
propositam deductionem quod hoc
provenit ex eo quod homo ordinatus a
supremo legislatore deo propter de-
meritum sui peccati et ob signum
divine maledictionis a lege superi-
oris status et nobilitate scilicet origi-
nalis iusticie transfertur in legem ser-
vitutis et ignobilitatis passionum (passioni)
videlicet fomitis et peccati / Ita ut capti-
vata quodammodo racione sub lege
sensualitatis non quod velit homo
agat bonum sed quod odit malum
hoc est doctrina apostoli Ro vii Ego
autem carnalis sum venundatus
sub peccato quod non operor non intelligo

Non enim quod volo bonum hoc ago/
sed quod odi malum/ nunc autem
iam non ego operor illud sed
quod habitat in me peccatum/ scio enim
quod non habitat in me hoc est in
carne mea bonum namque velle
adiacet michi perficere autem non
invenio/ Si autem quod nolo illud facio
non ego operor id sed quod habitat
in me peccatum Ex hiis infertur
corrolarie quod peccatum origina-
le sive lex fomitis/ est lex ser-
vitutis et ignominie testimonium
quoque abhominabilis imperii ac
evidentissimum argumentum
corruptionis humane nature Ex pre- ¦:
dictis declarari potest quare pec-
catum originale dicitur feditas
macula turpitudo labes tene-
bra deformitas ac multa similia
que proprie vel appropriate dicta re-
vera sunt de originali peccato Cum ¦-
tamen peccatum originale non sit ali-
qua entitas positiva/ cuius ra-
cione est quod primum assignatur Nam
deus est causa cuiuslibet entitatis
positive et tamen nullius peccati
sive culpe Super ante deductum
est quod peccatum originale sit culpa
Evidenter concludi potest quod non
est entitas positiva Ad evi-
denciam huius considerandum est quod
iuxta doctrinam Augustini in enchiridion
et Anselmi de conceptu virginali
Sicut in rebus corporalibus turpi-
tudo vel macula dicitur esse defectus
vel privacio alicuius boni debiti
inesse Ita in substantiis spirituali-
bus/ sic in panno dicitur macula
defectus mundicie/ et cicatrix in facie
quia ibi est defectus integritatis
in cute/ sicut de turpitudine

quia defectus pulcritudinis Ni-
chil enim est malum ut ait Augustinus
nisi privacio boni debiti inesse/
Ita igitur in substancia spirituali macula
turpitudo sive deformitas dicitur
privacio alicuius virtutis vel boni
inesse debiti Et quia quanto preci-
osior est res tanto in ea deffor-
mitas apparet magis Sicut prava
macula in facie est maior diffor-
mitas quam magna in pede/
sicut in panno precioso quam vili
Sic est quod minima deformitas in
anima est maior ignominie quam ma- ¦: quae p o dr
xima in corpore/ Unde si alter feditas et ma
sit cecus/ Aliquis vero tangitur bru- cula labes [illegible]
tum carens omni iudicio raci-
onis hic secundus maius portat
obprobrium Dicitur de eo qui est
torto naso/ vel de illo qui men- ¦- p o no e enti
dax et infidelis ab omnibus re- tas positiva
putatur Ita exemplificari potest de
aliis viciis Sic est in anima in
contracione originalis peccati quod defectu ori-
ginalis iusticie et beatitudinis
in qua homo primus creatus fuit
/et quod impotencia eam recuperan-
di quod sentencia divini decreti legi
eterne subiecta effecta est ignomi-
niose et nesciens non solum
deum sed seipsam et que pertinet
ad salutem suam/ infirma et
instabilis ad omne bonum prona
et impetuosa ad omne malum
/curvata ac reflexa ad propriam
utilitatem/ non curans de aliorum
salute/ negligens circa spirituale
suam/ curiosa tamen et anxia
pro hiis que sunt ad delectacionem
carnis Et cum possit ad dictas

nature sit carnis dna facta
est ancilla et serua Ecce m-
chilominq mendax hominibus in
fidelis deo / angelis inimica
demonibus socia / abhomina-
bilis impia iniusta ac ut sup
deductum e de statu nobili
tatis et excellencie deiecta in
ignominiam et seruitutem aliaq
plurima mala aptitudinaliter
intelligendo incurrit / Unde singla
si explicarem preteriret me dies
Ala igitur cum tot et tanta ex
contrariatoe o peti incurrit viciata
et obprobria merito dici pot
cum in ipsa est originale peccatum
prout imputatur ad culpam quod
non e in ea fetiditas macula
turpitudo labes tenebra et defor
mitas ac alia quecumque dici
pnt magis horrenda Videq
n quod ab homine horribiliter
fetidus separat infidelis se ois
homo Multo aut amplius
ab eo qui reputatus e mendax
infidelis calumniator contume
liosus et proditor / quid n
fetidius ac deformius in core
esset quod huic compari pot Are
inclinat Dic n / dicimus quod sol
est lucidissimum inter oia corpora
lucida ideo quanto aliquod corpus
in illuminando soli amplius
similatur tanto dicitur luminosius
Ita cum deus sit purum et
summum ens perfectissimum et pul
cerimum / quia in eo sunt omnes
perfectiones et nullus defectus /
quanto substancia spiritualis plus assi
milatur in deum eo tanto est
maioris pulcitudinis quanto vero
dissimilior tanto deformior
Anima aut per actuatione ori
ginalis plurimum e dissimilis deo
quia in ea sunt multi defectus
et vicia / nulla aut virtus
et gracia quod in ea prius erat precio
sum vz substancia et pulcedo nature
et super veniente corruptione
adeo est viciatum quod vix
apparet minime apparet pot Ut
facies formosa quamdiu manet
stercoribus deturpata Forte aut
aliquis dicet quod huiusmodi supradicta ha
beret locum si in aia hominis ma
la fuisset suauiter merito actio
num si cum ipsa malicia horum
sponte commisit quod non deberet
habere hic in ipsa vice obprobrii
Ecce constituamus duos et lo
quor scolastice cupiens amplius
edoceri quorum alter semel dum
erat mentitus e infidelitatem
commisit calumniam contumeli
am fecit / uel prodicionem malicia
m'q dolet quia fecit et maxime
penitet / Habet firmum propositum
numquam committendi / ymmo potius
e paratus sustinere mortem / Alter
vero numquam hec facit sed ex
condicione nature uel alias qualitercumque
ad hec mala et peyora facien
dum totam habet inclinationem
quod vix pot seipsum continere
semper cogitat de modo perfi
ciendi tantumque pondere ad ea
inclinatus est acsi actimis
perpetrasset alia vicia perpetrare
ta et quod peius e non habet
graciosus habitus virtutis in se adoctu
inclinatos / Hic secundus etiam

si iniqua hec abhominabilia
fet / quia tamen ad ea perpetran-
da est [tam] rem intensam inclina-
tionem nec virtutem aliquam cum
vigore illis resistere possit me-
rito reputaret abhominabilis
/ Hec est natura originalis peccati natura o p
Nam iam eo ipso aliquis quod contra-
xit originale peccatum habet intensam
inclinationem ad malum et
vix aut nullam virtutem ad bo-
num / Unde in conspectu dei qui
eam pulcerrimam et immacula-
tam creavit merito abhomina-
bilis reputatur / Hec enim ut dictum
est ex eo provenit quia cum ani-
ma unitur corpori et consequenter secundum ra-
tionem nature tanquam forma
principalis debet super actiones
eius sensuum et virium suarum
libere dominari / nichilominus propter
demerita primorum parentum aucta-
te decreto divine sententie et ma-
ledictionis facta est serva quo-
dammodo et ancilla carnis cor-
rupte quod non minima sed ma-
xima est illa ignominia et con-
tumelia / Unde Augustinus de concep-
tu virginali c. ii Corpus quod
ex hac potest peccatum fuit /
qualia sunt corpora brutorum ania-
lium corruptioni et carnalibus
appetitibus subiacentia / Anima
vero ex corruptione carnis
et eius appetitibus atque concupi-
scentia bonorum que prodest car-
nalibus affectibus est infecta
et immunda / Ex predictis iam ma-
nifeste apparet quanta sit macula
feditas et labes et ignominia
originalis peccati quantumque sit contraria gratie

dei ut deus non imputet aliquod
tot vitia et mala que contrahit
ex corruptione originalis peccati / Iam er-
go Reverendi patres finem dedi huic
que primo ordine daturus eram dictum
declarando materiam de originali peccato / quod si
forte debito longius progressus
sum veniam meam humilime
obsecro Equidem consideravi sine
ut contanta qua peccatum originale
pene ac culpe omnes contrahentes
sua polluit gravitate Reverende pa-
tres iudicet congruum et iustum
esse ab huiusmodi lege ignominiosa
deum excepisse beatam virginem
matrem suam Et quam comparando
huiusmodi conditiones originalis peccati ad lau-
des quas ecclesia et sacra scriptura
attribuit beate virgini manifesta
apparet repugnantia videtur [illegible]
matrem fuisse exemptam

Quantum ad secundum punctum
in quo est pernotandum prin-
cipale propositum iuxta
materiam avisamenti super quo
deliberatione previa per sacras
deputationes in generali congre-
gatione conclusum est videri
debere / ponitur pro conclusione
quod pium, immo piissimum
est credere animam immaculate dei
genitricis fuisse in instanti sue
infusionis in corpore preservatam
ab peccato originali / ac beatissimam
virginem Mariam non fuisse in
originali peccato conceptam / Super
hoc avisamento mentionem tan-
git materiam de pietate licebit stati-
dicere declarando terminos et osten-
dendo propositum / Sed quoniam

potuit ab initio sentiri / qui in
de eo specifice tractatum est sed ex
pondus relacionis uniuersa que
vis argumentorum quod addis ipse
tendit quod beata concepta fuit
in originali peccato sit quod istud
de necessitate credendum ab
uniuersis fidelibus ac contrarium
tenentes sint reputandi quasi
aberrantes a fide / quod quod deus
de potentia ordinata non potuit
preseruare matrem suam ne contra
heret originalem culpam. Et co
nsiderans primo super hoc dicitur esti
mari posset doctrinam huius
de puritate concepcionis scisse
virginis quam prosequi intendo
non esse veram vel specula
cionum et auctorum que mihi
sunt plures quam quod opposito dicunt
est multiplici evidencia non
firmanda / proinde in finem p

quatuor scolastica documenta ad propositum principale

ut de consilio mea est respuamen
conem premissam / hic circa dicendum
erit super introducta materia de con
cepcione. Et quantum ad hoc po
nuntur quatuor scolastica docu
menta quorum primum est quod
beata dei genetrix maria potuit
preseruari a deo ne contraheret
originale peccatum. Secundum est quod de
cens immo decentissimum
fuit sic a deo preseruari. Tercium
quod non solum decuit sed dece
uit hanc preseruacionem a deo fi
eri. Quartum quod de facto preseruata
fuit et numquam peccatum originale
in sua passiua concepcione / Veram
autem intencionem ex aduerso ponen
tium accedam. Illud primum
scolasticum documentum sic accu
mulando pronunciat quod beata

dei genetrix virgo maria potuit pre
seruari a deo ne contraheret
originale peccatum stante machina in suo
vigore veritate fidei et sacre
scripture sanctorumque et aliorum
doctorum recta ac singulari inte
tione. Et quantum de prosecucione
huius primi scolastici documenti
quamuis inter suppositos positas
ex aduerso prima sunt quod in presenti dis
cussione qua sacrum conci
lium informari cupit de concep
cione virginis in peccato originali magis
inniti debet auctoribus quam racio
nibus tenebitur iste modus. Secundo
ostendetur quod in hac discussione
non tam auctoribus quam racio
nibus est procedendum. Tercio
quod aduersam posicionem tenere
non est de necessitate fidei / sed
si aliqua sit de necessitate quod dicunt
aut saltem tenere magis est
conforme ritui et consuetudi
ni ecclesie. Quarto autem ostendetur

quod in discussione materie concepcionis intendendum ad auctores

quod non solum de absoluta sed de
ordinata potencia deus potuit
preseruare matrem suam. Contra
ad primum licet commemorari quod
in tota sacra scriptura nulla auctoritas
reperitur que expresse et sub specia
libus terminis nominando virginem
et peccatum originale expresse
uel circumstancionate de hac ma
teria concepcionis virginis in originali
peccato loquatur. Sed prout ex
audiuimus ex aduerso multa
originalia allegata fuere. Unde
tamen nulla auctoritas canonis de hoc
loquatur expresse sed in originali

duplex est auctoritas scripture divina et humana

Pro intelligencia dicte prime
supposicionis oportet hec considerare.
Est namque duplex
auctoritas divina scilicet et humana
et loquimur hic assertiva non
aut descriptiva auctoritate. quantum
vero ad humana notissimum
est evidencie racionis non prevalere.
est enim prout a prudencia
omnis didicimus quod ab auctoritate
infirmissimus locus quia sit quod
mendax omnis homo et facile
deviare potest eius. Verum
autem auctoritas legis humane preceptiva
vel assertiva preferatur
evidencie racionis quia contra
eam allegat hoc particularis
super eo dicere non est presentis speculacionis.
Verum quantum
ad hoc multum facit considerare
quod in c. consuetudo. dist. prima dicitur por
ro si racione lex constat
lex erit omne iam quod racione
constiterit. Unde communiter dicitur quod racio
est anima legis quia ut notissimum
est in iure civili scire leges
non est earum verba tenere sed
vim ac potestatem. Item manifestum
est in huiusmodi non fieri
equam comparacionem. Eo quod ab
una parte ponitur auctoritas publica
ab alia vero evidencia
racionis privata. secus quando
equali mensura compararetur.
Illud autem verum dicitur esse
de auctoritate quod sola prima hominis
assercione non preferatur evidencie
racionis. vel alia accedente
causa non prejudicat hic auctoritatibus
sanctorum

inquantum eorum auctoritas reputatur
divina vel alia accedente causa.
Quo vero de divina auctoritate continetur
in sacro Canone biblie
vel in determinacionibus ecclesie
sit comparacio ad evidenciam racionis.
non est intencionis dicere
quod evidencia racionis humane
eciam adiuta lumine fidei preferatur
auctoritati divine simpliciter. licet quod verba
divine auctoritatis perverterunt aliqui et
fregerunt iuxta iudicium recte
racionis sanam suscipere intelligenciam.
Unde eciam licet ex
racione distinguere de qualitate
rei et de modo loquendi de
qualitate rei. ut enim docet augustinus
libro lxxxiii questionum credibilium
tria sunt genera. alia sunt
que semper creduntur et numquam
intelliguntur. sic omnis historia
temporalia et humana gesta
percurrens. alia mox ut creduntur
intelliguntur. sic sunt omnes
raciones humane vel de numeris
vel de quibuscumque disciplinis.
alia primo creduntur et postea
intelliguntur ut ea que de divinis
rebus non possunt intelligi ab hiis
qui mundo sunt corde. Hugo
de sacramentis libro 1 parte iii c. x
viiii. quedam sunt ex racione
ut necessaria. quedam secundum racionem
ut probabilia. quedam
supra racionem ut mirabilia. quedam
contra racionem ut incredibilia.
duo extrema fidem
non capiunt. que enim sunt ex
racione omnino nota sunt et credi

Tria sunt genera credibilium secundum augustinum

non put qui sciunt / que aut
sunt contra racionem similiter e-
di non put quia eis racio non
acquiescit / ergo que secundum racionem
sunt et super timo fidem suscipi-
unt Item primo quia gratie fides ad-
iuvatur racione et racio fide per-
ficitur / quia secundum racionem sunt que
credunt Item hiis aut que super
racionem sunt et si racio non com-
prehendit fidei tamen illorum contra
dicit hec ille Item Richardus
in prologo libri de trinitate In summi boni
cognicionem fides dirigit spes tra-
hit caritas impellit / parum ergo
nobis debet esse que vera sunt
de deo credere / sed satagamus
quod credimus intelligere / utinam
semper ingenium prestas est vel fieri
potest comprehendere racione
quod tenemus ex fide Item Anselmus
in prologo Cur deus homo sic rectus
ordo exigit ut profunda fidei
dei prius credamus quam presuma-
mus racione discutere Item
negligencia michi videtur si postquam
confirmati sumus in fide non
studemus quod credimus intelligere
Item Volunt infideles nobis sim-
plicitatem vanam et fatuam
deridentes obicere si respondeam
quod de hiis que credimus alle-
gare non debemus quia non pos-
sumus racionem Itaque secundum
auctores istorum sanctorum in
materiis fidei racio et intelli-
gencia multopere est afficianda
Unde si ambo concurrunt in
materia fidei quod per demitiam
racione proborum / vel que ad

sensum infallibiliter patet / tunc quia
contrarium non potest esse verum
quo ad intelligenciam virtute
standum evidencie racionis / auc-
toritatem illo exponimus recte secundum
aliquam applicacionem exempli gratia quia
est evidencia racionis deum esse
spiritum demonstrat / nec habere manus
pedes aut oculos simpliciter confite-
mur deum esse absque huiusmodi
membris / quando vero sacra scriptura
dicit / quod oculi domini super iustos
et aures eius ad preces eorum
et similes locuciones / quia
evidencia racionis non patitur
hec intelligi simpliciter in deo / tunc
exponimus huiusmodi auctoritates secundum
aliquam applicacionem Item sensus
quia sensus experiencia manifeste
monstrat quod homo non est nec potest
esse animal brutum / exemplo aut
impossibilitatem racionem divina virtu-
te homo est quod simpliciter negamus quod
homo sit asinus vel lupus Cum
vero scriptura dicit Genesis xlix quod
ysachar asinus fortis ac Ben-
iamin lupus rapax et similia
manifestum est hec non debere
intelligi simpliciter esse sed iuxta
quandam attribucionem Idem eciam
contingit in materia morum / dicit
enim salvator in ewangelio Si
oculus tuus dexter scandalisat
te erue eum et proice abs te Et
id consequenter subiungitur de
pede vel de manu Item quia
evidencia racionis contradicit quod
hec sit corporaliter implenda huiusmodi
est quod huiusmodi littera prout dictat racio
exponitur ad sanam intelligenciam

Ita similiter cum dicitur 4 Si quis
te percusserit in dextera maxil-
la prebe ei et alteram, equi-
tas dictat quod aliquis non solum
non prebeat alteram sed percucientem
repercutere possumus meritorie
5 Si uero per discussionem inquirat
de hiis rebus que sunt supra
racionem ut de misterio trinitatis
et similibus, ad que ut credo
non potest attingere intellectus hu-
iusmodi suam doctrinam super potest
eciam racio pluries suffragari
quia primo credit post etiam
intelligit. Sic Anshelmus in suis opu-
sculis proslogion et monologion
plenissime docet. Item et me-
diante intelligencia racionis
post omnibus argumentis que
in contrarium fiant satisfacere
evidenter, loquor de evidencia
quo ad illos qui pro certitudine
habent affectus suos ut adhereant
pertinaciter sue opinioni. Unde vi-
demus ab experimento quod studio-
sus in theologia acquirit gratum ad
materiam de misterio trinitatis
quia intelligencia habet racionis sa-
tisfaciet infidelium argumentis
quod simplex non faceret aliquis christianus.
Et si aliud ei non suffragaret
eciam si omnes auctores biblie tene-
ret tenaci memorie et multa
devotionis ac fidei simplicitate
polleret. 6 Si uero per discussionem
inquirat de hiis que sola fide
capiuntur ut virginem scilicet posset
parere. Item de rebus hystoriarum ut
quod noe cum filiis suis a dilu-
vio sit liberatus et quod abraham
obtulit decimas melchisedech

in huiusmodi manifestum est quod primo
intendendum est auctori. Nulla
enim racione potest comprehendi
a pluribus an hec vera aut
falsa fuerint, sed dumtaxat creduntur
ex auctore dicentis. Constat enim
quod ipso contingens nec potest ra-
cione demonstrativa probari, cum
tamen quam divina voluntate fuit
adeo sunt contingencia. Sicut
Unde etiam ea non cadit demonstra-
cio. Nam sic de futuris que
pendent a libero arbitrio nulla potest cer-
titudo ex humano iudicio racio-
nis, ita nec de preteritis. Verumtamen
aut quod aliquis racione alicuius
vestigii quod remanet et nos
videmus possumus coniecturare
de effectu, sicut per reliquias
remanentes de diruptis edifi-
ciis iudicamus ibi fuisse castra
vel domus solemnes. Ubi autem
nullum manet vestigium in
transsumptive laborat humanum
iudicium. 7 Sic igitur patet quod secundum qua-
litatem rei de qua dubium est
oportet vel non attendi principaliter
ad iudicium racionis. Etenim non
tam auctores in disputando quam
racionis momenta querenda sunt
quinimmo ut ait rethoricorum
princeps obest plerumque hiis
qui discere volunt auctoritas eorum
qui se docere profitentur. Desi-
nunt enim suum iudicium adhibere
id habent ratum quod ab eo
quem probant videant iudicatum.
Dictum est secundo quod quando comparatur
evidencia racionis cum auctore
oportet distinguere de modo loquendi

Si enim diuina auctoritas loquatur
p expressum et in specialibus
terminis / racio uero contraria
uitatur allegando generalia
notissimum est standum esse
simpliciter auctoritati Si uero utraque
militet in speciali similiter aque
stendum est auctoritati Sed tunc
immediate intendendum est
super conuenientia uel disconuenientia
veri / exempli gratia dicit sacra
scriptura quod verbum caro factum
est et quod deus est passus pro
nobis / racio econtra innititur quod
nullum temporale est eternum Item
quod nullus immortalis moritur
nec impassibilis patitur In huiusmodi
quia certa eorum terminos usatur ra
cio humana et auctoritas diuina
Simpliciter quod credendum est quod
deus asserit Sed quia diuina
assercio videtur contradicere racio
ni laborandum est solicite pro
intelligencia ueri / quando uero
auctoritas diuina loquitur sub ge
neralibus terminis racio autem
militat in particulari allegando ab
surditatem et inconuenientiam
fidei uel religionis pariter / Si
auctoritas diuina que generaliter lo
quitur ad specialia trahitur indu
citur illud quod trahitur non debet
multas congruencias ex lege
diuina / in eo simul oportet plurimum
attendi ad euidenciam racio
nis Et sic in omnibus di
sciplinis vniuersum pondus
inquisicionis constat in applica
cione vniuersalium ad particularia
proinde ut exemplificari facia
le possit sicut in medicina et
phisica morali / iure canonico
et ciuili / ubi ex defectu huius
noticie applicandi plurimum contin
git errores Et ita similiter contingit
in hiis que sunt fidei et catholice
facultatis / que sic aliis est scientia
sublimior / ita in ea multo diffi
cilius veritas inuenitur Vnde augustinus
de trinitate inquit quod nec periculosius
alicubi erratur nec laboriosius
aliquid queritur Item sapientia
difficile estimamus que in terra
sunt et que in prospectu sunt inue
nimus cum labore / que autem in
celis sunt quis inuestigabit / Sen
sum autem tuum quis sciet nisi tu
dederis sapientiam et miseris spiritum
sanctum tuum de altissimis Nunc
igitur applicando premissa ad intel
ligendum nostram glose concep
cionis virginis quod fuit in peccato
prout ex aduerso pretenditur / seu
est non esse de numero illorum que
expresse et sub specialibus terminis
euidenter continentur in sacro ca
none biblie Et ideo quemadmodum
dicit augustinus in sermone de assumpcione
virginis / tanto que magna sunt
cautius tractanda consistunt quanto
speciali auctoritatum testimoniis non
possunt ad liquidum roborari
Sed quedam scriptura sancta recitans
indagacionibus querenda reliquit
que non sunt superflua estimanda
dum vera indagacione fuerint
patefacta / secundum quod est veritatis
auctoritas et dum diligenter discuti
de se ginguntur quod ipse est agnosci
Scripture enim discussa veritatis continentia

In quo genere dis
cussionis maxime
decipi

paret quam manifestius sermo-
nibus abscondit. Et infra. Quid
ergo de marie morte, quid de
eius assumpcione dicendum
est. Unde diuina scriptura nil
comendat querendum est ratione
quid consentiat veritati, fiat-
que ipsa veritas auctoritas sine
qua necesse est nec valeat auctoritas.
Ex quo augustinus aptissime docet
quod ubi in sacra scriptura non repi-
tur expresse auctoritas querendum
est racione quid conveniat veri-
tati. Et quoniam de huiusmodi concepcione
in o. p. expresse non reperitur
auctoritas, ymmo auctoritates quedam
sacri canonis et non pauce
videntur contra significare, super
hac re ad inquisicionem veritatis
iuuabit plurimum euidencia ra-
cionum. Unde ex hiis patet
quod ista prima supposicio ex ad-
uerso posita debet habere sanam
intelligenciam. Et est dicendum
quod in presenti discussione de pu-
ritate concepcionis sanctissime
virginis, quia diuina scriptura
pro contraria scriptura parte
nichil singulariter et expresse
comendat, sed pro ista multa
singulariter pertinencia satis que-
rendum est racione quid con-
ueniat veritati, fietque ipsa ve-
ritas auctoritas sine qua
minime auctoritas valet. Ista
supposicio patet expresse ex dicta
auctoritate augustini et ex qualitate
materie, serius erat si de hac
videtur prolari, contra que fuit
introducta doctrina sed et hoc
in quotlibet quolibet in questio
articulus 18 dicta. Cum quod ubi oportet
fieri certitudinem non solum

quod ita sit sed quid et quare
sit, tunc oportet racionibus
uti investigantibus verita-
tis radicem et facientibus
scire quid sit verum quod dicitur sic
in singulari discussione. Con-
stat namque quod sacrum Con-
cilium sive Remensis Doctores In-
dex fidei non assignavit al-
legatores huius materie tamquam
ex auctoritate dicentis debeat eis
credi, etiam si in suis dictis
non allegent racionem credendi
non enim quemadmodum dicitur
quod obedienciam auctoritatis quod sibi
commissum est pastore oues pro-
chiam tenent credere suo ple-
bano vel subditi suo predicatori
etc. Ita nobis allegantibus
sacrum Concilium, sed ecclesie
nos sacro Concilio in hoc et
in omnibus credere et aquiescere
tenemur tamquam doctori et ma-
gistro omnium doctorum et magistro
verum omnium veri discipuli
puli. Ceteram magistro singuli
allegat hinc inde suas ra-
ciones et auctoritates expectantes
singulares diffinciones, quia
iuxta ewangelium non est di-
scipulus supra magistrum. Ita
et in presenti non solum auctoritates
sed allegari oportet principia
raciones quemadmodum legitur
Ex. in. li. x. hic enim omnibus ve-
bis a principio intendisse videtur.
Nam in doctrinam sacre scrip-
ture in re ista oportet seniis pa-
tres esse ad satisfaccionem eorum
omni poscenti racionem de ea

que ne in nobis est fide Est
eciam magna differencia huius
discussionis ad illam que fit
contra hereticos vel iudeos de
qua sanctus thomas loquitur
Item ex adverso eo modo fac-
tum est quia non solum
auctores sed et multe raciones
inducte sunt ostendentes quod
illis auctoritatibus ad here-
ndum esset

Repellit iudicium racionis in expectacione quam est extinguere lumine innitentibus de nocte

Preterea notum est apud
omnem scienciam
quod iudicium racionis est
velud quoddam lumen quo
illustrante per rotunnam dis-
cussionem dubia que sunt
in huiusmodi statibus deducuntur ad
veritatis manifestacionem
Unde apostolus Ephe v
Omnia autem que arguuntur
a lumine manifestantur omne enim
quod manifestatur lumen est
Constat autem hic de re de qua agitur
maximum fuisse hactenus
dubium Et quod ab antiquis
diebus progenitorum nostrorum
magnopere fuit hic disceptatum
tum est et disceptatur in presenti
dicere ergo quod in discussione
sua intelligencia veritatis specialiter
in ea est quod non sit attendendum
ad iudicium racionis Idem est
videtur ac si diceret quod in noc-
te tenebrosa volens reperire
aliquam rem eciam in die di-
ficile reperibile lucernam debeat
extinguere aut di-
minuere quod penes se habet
propriam lumen Et eciam talis
iuxta doctrinam salvatoris
necesse est non solum non inve-
nire quod querit sed quod
offendat graviter seipsum le-
dens Jo xi Si quis am-
bulaverit in die non offendit
quia lucem huius videt Si
autem ambulaverit in nocte
offendit quia lux non est in
eo Manifestum est autem huius
questionem propter tantum in se
pondus dubitacionis fuisse
hactenus velut tenebrosam
noctem eo quod ad discussionem
intelligenciam illius non est
diminuendum vel expellendum
racionis iudicium, quod lumen
comparatur Licet enim accidit sepe
quod ... ii Cor. x Et ex
his mo de iudicio racionis putat
innititur lumini fidei potius
quam nature Nam constat quod in pre-
senti questione eciam tangit
ad contingencia facti id est per
veritatem concepcionis qua
hec doctrina racionabiliter dicitur
demonstrative non proficiat licet
nec ymmo potius ut in se de-
clarabitur videtur obstare Item
raciones quecunque pro hac parte
militantes innituntur potius
lumini fidei quam nature Et tunc
ex adverso dicendum quod adhe-
rendum est auctoritatibus propter
hoc non debet excludi

racionis iudicium quo declaratur
quis sit auctoritatum verus et
katholicus sensus. Nec doc-
trina hec deputatur concepcio-
nis sanctissime virginis dia-
non est inhendum auctoribus
quod enim plurimum auctoribus sacre
scripture innititur. Ideo dicitur atten-
dendum esse ad dictum auc-
toritatum similiter ad declaracio-
nes illarum que si iam
facta fuissent per eum ad quem
declaracio pertinet auctorita-
tive aliud dicendum esset.
Sed quando agitur super declara-
cione dubiorum quod conclu-
datur racionis iudicio quis sit
asserere nisi fortasse quis velit
let plus de facto sue inhe-
re opinioni. Et namque apostolus
Ro xii cum actibus quarundam
virtutum sive graciarum attribuit
mensuram perfectionis. Cum
in huiusmodi actibus principaliter
decet tenere dono sive officio
prophecie attribuit racionem fi-
dei. Sic misericordie hilaritatem et
presidencie sollicitudinem. Unde
quemadmodum non esset racioni
consonum dicere quod qui preest
non debet preesse in sollicitu-
dine, aut qui miseretur non
debet misereri hilaritate,
Ita qui prophetat quod non debet
attendere ad racionem fidei.
Ut enim sic unicuique sicut deus
divisit mensuram fidei.
Sicut enim in uno corpore multa
membra habemus. Omnia
autem membra non eundem
actum habent. Ita multi unum
corpus sumus, singuli autem
alter alterius membra. Habentes
autem donaciones secundum graciam
que data est nobis differentes,
sive prophetiam secundum racionem Prophecia
fidei, sive ministerium in ministran-
do, sive qui docet in doctrina,
qui exhortatur in exhortando,
qui tribuit in simplicitate,
qui preest in sollicitudine,
qui miseretur in hilaritate.
In hac autem auctoritate apostoli sicut
in aliis pluribus eius ubi
mencionem facit de prophecia
ut prima Cor xiiii et Ephe iiii
prophecia sumitur pro officio
sive dono gracie gratis date
quod habent illi quibus datum
est sacram scripturam exponere
et interpretari ut sunt eius doc- [illegible]
tores. Ita quia apparet ex
intencione apostoli quod in decla-
racione veritatum que ex sacra
scriptura dependent doctoribus
ipsis quorum est huius offi-
cium principaliter competit atten-
dere ad racionem fidei. Unde sequitur
quod ad plenam discussionem
veritatis super huiusmodi questione
plurimum oportet attendi ad iu-
dicium racionis. Et si quid
ad auctoritates sacre scripture po-
tuit ad probandum que probat
doctrina militat cum ad vices
quid inducitur pro adversa par-
te. Et hec dicta sunt contra
ad primam suppositionem.

De conceptione virginis in peccato non continetur expresse in canone biblie vel in determinacione ecclesie

Quantum ad aliud quod beatam virginem esse conceptam in originali esset de hiis que oportet credi de necessitate fidei et asserere contrarium esse erroneum vel hereticum / inferebantur etiam multa quare non deberet si referetur ad opus conceptionis celebrari festiuitatem recolenda est premissa consideracio / quod in sacro canone biblie et in aliqua determinatione facta per ecclesiam de conceptione personali beate virginis marie in peccato originali non habetur expresse et sub specialibus terminis / licet aliqui eciam adversa posito in suis prefatis assercionibus confitetur / sed si ibi fiat mencio profundanda ad ipsa opinione id dumtaxat est sub generali sermone dicto quod omnes in adam peccaverunt quod christus est redemptor omnium vel quod pro nobis christus mortuus est et quod non est opus valentibus medicus et similia / unde quod isti sillogisando quidam concludere volunt de ipsa virgine quod concepta fuit in originali applicando huiusmodi propositiones vniversales ad suam gloriosam conceptionem aut huiusmodi facta dicta de ania beate virginis matris dei ad animam antichristi vel machometi et iude proditoris quod primo aspectu satis videtur absurdum

Prius quam eciam videatur sit nota que sequuntur quod canone non reperiantur pro fide

et quod alia parte quia multe auctoritates non solum vniversales sed de virgine specialiter loquentes reperiuntur in biblia prout infra dicetur que ad sensum quod communiter circumstancia scripture et in quo ecclesia eas adducit in testimonium ad laudem virginis in tantum extollunt dignitatem ipsius quod quod illius racionabiliter videtur elici ipsam non fuisse conceptam in originali / hinc est quod maxima alteracio orta est difficultas super huiusmodi questione / pro eo quod non sub specialibus terminis et expresse / sed dumtaxat sub specialibus vel generalibus non omnimode claris in sacro canone de ipsa mencio fit / que pro vtraque parte militare videbantur plurime raciones et auctoritates / unde ad discrecionem quarum istarum applicacio sit magis conveniens pretium suffragatur illuminatum certa fide iudicium racionis / ut namque dicit augustinus de incarnacione inquit racio principes et iudex debet esse que sunt in homine / quia sicut bestiarum est mens velle cum racione / ita hominis natura esse debet velle a se absque racione //

Et si dicatur quod ad ipso quod licet non contineatur expresse in sacro canone tamen quod contentis in ipso potest elici necessario et in

R

communibus argumento. Respondetur
quod istud non sufficit nisi argu-
mentum istud esset eciam eui-
denter notum / quod sic nullus
dubitat ea que continentur
in canone biblie esse in ibi
scripta / Ita eciam nullus du-
bitaret quod illud quod inde
eliciatur sit verum et euidenter
sequitur. Et quod ut Bernardus libro 5
de consideracione ait fides
vana ambiguum non habet / aut
si habet dubium fides non est
sed opinio. Constat autem
quod hec autem veritatem non habent
verum quantum ad intellige-
nciam et sensum eorum que de
sunt fidei. Nam in sacra scrip-
tura multa sunt ambigua.
Ergo oportet eam intelligi
quantum ad literam vel continen-
ciam. hoc est quod nulli est du-
bium seu ambiguum quod talis
assercio est de veritate fidei
Eciam si non aequaliter possit
intelligi sicut de ista quod in ipso
habitat omnis plenitudo di-
vinitatis corporaliter nullus fide-
lium dubitat / eciam si multi
dubitent de ipsius intelligencia
Constat enim omnibus euidenter
quod est scripta in sacro canone
biblie Colo. ij c. Cum igitur ea
que dicuntur sequi ex sacra scrip-
tura non contineantur cum ad
ea literaliter ut sic quemadmodum
alia in ibi contenta ad fidem
pertineant Nec omnibus constat

euidenter quod necessario ex illis
contentis sequuntur / quod multo
in similibus est certum nec
quantum ad literam nec quantum
ad sensum / sequitur quod illud tale
simpliciter dicatur ambiguum Et
de huiusmodi iuxta sentenciam Bernardi
non est fides sed opinio Et
accomodatum quecunque conti-
nentur in libris iuris civilis
dicuntur ad ius civile pertinere quoniam
iam apud omnes certitudo habetur
de iure et continencia horum
librorum Si autem quis diceret
illud eciam ius esse quod sibi
videtur sequi ex contentis in
dictis libris non crederetur ei nisi
ipse faciat euidenciam quod
hec que asserit ius esse necessario
sequitur ex illis Et eciam huiusmodi
euidencia fiat saltem quo
ad illos ad quos spectat horum
iudicium Si similes assertores
quascunque quilibet ex se fingeret et
fingere posset non deberet re-
putantes facere ius cum ergo quo-
cunque qui huiusmodi asserit
sit graduatus et professor
illius sciencie Et enim asserpo-
na ei auctoritatis competit dandi
/ leges omisso verbi eo quod
si dixit ius esse / quia sibi non
tenentur ex necessitate auctoris obe-
dire si vult sentenciam suam
reputari validam oportet
quod muniat eam euidentibus
testimoniis eorum que continentur in libris

illis qui apud homines sunt
in veneracione tangwam in
eis solum continea(n)tur auct(orita)tes
Juris civilis Ita est in fi
de sana Non enim omnia
quecumque scripta sunt per sanctos
aut alios quoscumque doc-
tores dicuntur de necessitate
esse fidei / quia sine iniuria
est certitudo a(liqu)a sinus que
sunt illa que pertinent de
necessitate ad sanam reli-
gionem Cottidie enim fi-
unt nova volumina que nullus
quantumcumque longioris vite
vel in legendo posset sine
quanto minus intelligere / In
qua in sacra doctrina fidei
perfectissime in aliis omnibus
est periculosum errare / Ideo
oportet ibi esse notiorem me-
suram et maiorem certitu-
dinem quid ab universis fi-
delibus credi oporteat ut
operari / sed de via que pe-
riculosior et homo potius
laboret informari //

que est mensura indeclinabilis fidei cui non licet addere vel minuere

Que autem sit certitudo
huiusmodi quam velut
mensuram indeclina-
bilem omnes sequi et
demonstrant nobis sacer
canon biblie de utroque
modo Non addetis ad verbum
quod vobis loquar nec au-
feretis ex eo Prov. xxx omnis
sermo dei ignitus clipeus
omnibus sperantibus in se
Ne addas quicquam verbis
et arguaris inveniarisque men-
dax / Ecclesiastes xii verba
sapientum sicut stimuli et quasi
clavi in altum defixi que
per magistrorum consilium data
sunt a pastore uno. his
amplius filii mi ne requi-
ras Et sequitur immediate quod
reddendo racionem faciendi
libros nullus est finis Et
xxii Apocalypsis vite testamen-
tum altissimi et agnicio
veritatis Item Apocalypsis xxii
Contestor ego omni audien-
ti verba prophecie libri huius
si quis apposuerit ad hec
apponet deus super illum
plagas scriptas in libro isto
Et si quis diminuerit de ver-
bis prophecie huius auferet
deus partem eius de libro
vite et de civitate sancta
Ex hiis auctoritatibus manifeste
patet cum dicatur quod non est dimi-
nuendum vel addendum
ad verba dei / quod sacer Ca-
non biblie sit tota continencia
fidei sane Ita ut quicquid
ibi continetur dicatur ad nostram
fidem pertinere Non quantum
ad hoc quod oporteat omnia in ibi
contenta omnes explicate crede-
re inter alios effectus quantum
ad hoc ut postquam innotuerit in
ibi aliquid contentum esse non
liceat hoc pertinaciter repugnare
Hii enim soli duo libri cano-
nici utriusque per aug(ustinum) libro ii^o
de doctrina sana c. i. et alibi
sepe qualiter aut hoc esse infal-
libiliter verum probet quod testi-
moniis sanctorum doctorum

vescentes ad ulteriora mee
supersedetur in allegacione ita
Unde quod contra hoc corpus
sacri Canonis est prout a
pluribus asseritur tunc de-
num dicitur ad fidem pertinere quando
omnibus vel illis ad quos super
hoc iudicium pertinet est cer-
tum sive constabit evidenter
quod necessario sequitur ex conten-
tis in Canone biblie / ac-
quidos nobis traditur ex parte
dei per eum quem scimus
nullo modo errare posse in
fide. hic aut predecessores qui habu-
erunt solum est necessaria que fun-
data est super firmam pe-
tram Et adversus eam secundum
Dominum nec vicia possint
aut hereses que significantur
per portas inferi prevalere
Sunt etiam prout quod simbo-
li et alie determinaciones
ecclesie et multa que sunt
in officiis ecclesiasticis dicuntur
pertinere ad fidem. Item sic
constare etiam debet quod fuit
per ecclesiam facta et specialiter
approbata sic de aliis que
continentur in biblia aut
necessario ac evidenter sequuntur
ex ea Itaque ad hoc quod illud
quod dicitur sequi necessario ex sa-
cra scriptura sit de veritate
fidei oportet quod sic sacra
scriptura se exhibet omnibus
ut evidenter notum saltem quo
ad litteram. sic et hoc quod sequi-
tur dicitur sit evidenter notum quantum
ad intelligenciam et sensum
Ita et taliter quod evidencia ea
sit nota non solum sapie-
ntibus. sed etiam rudibus
non incapacibus tamen aut ob-
stinatis Est enim eadem fides
virorum et cetera quod non omnes
teneantur ad plenam intelli-
genciam et sensum Contra
dicimus quod est de necessitate
fidei credere quod Christus est verus
homo quia hoc expresse in
Canone habetur / sed habuit
venas nervos et intestina
id non habetur verum quia
tamen evidenter sequitur ex primo
quod nullus ignorat etiam ru-
sticus Cum omnibus constet
quod impossibile est hominem sine
huiusmodi esse fortasse hoc dicitur
ab omnibus de veritate creden-
dum Quid contra aliud repu-
gnat evidenter sacre scripture
quia nullus vel vix aliqui
pauci de huiusmodi evidencia
sapientes dicuntur dubium habere
Licet autem quod anima Christi
tantam sciam sicut deus et
cognoscat omnia futura et
impossibilia clare Licet sacra
scriptura Col. ii dicat quod in
ipso sunt omnes thesauri sapie-
ntie et sciencie absconditi / tamen non
evidenter omnibus constat quod
ex ea necessario sequitur / hinc
est quod non evidenter dicitur
repugnare Sunt enim de hoc

int' doctores profunde opi-
ignare huiusmodi dubium dici
probabile / quidam non dicunt
euidenter sequi / alij minime
ita erat aliquando in nostro propo-
sito quo(ad) vnu(m) de concepcione
virginis in p. o. Constat non
q(uod) nec dum inter singulos sim-
plices quorum ut a multis
asseritur maior pars est
de intencione contraria sed inter
doctores etiam sanctos fue-
runt saltem in apparencia
dissentes sentencie et opini-
ones famose pro utraque
parte / Licet igitur ita esset q(uod) ex auc-
toritatibus sacre scripture
aduersa posicio / altera quam
tamen racio et pluribus euidenter
sequeretur / quia tamen de hoc
contrarium euidenter sequi vel non
non debet stari iudicio quo-
rumlibet assencium sed ecclesie que
est regula fidei inobliqua-
bilis / Unde est q(uod) absque deter-
minacione ecclesie nullus debet
asserere q(uod) sit de necessitate fidei
obstante tamen plurimorum
doctorum contraria determina-
cione ac maioris partis fide-
lium pia et firma credulitate
Item et alijs infra positis
non enim eo ipso q(uod) iusticia ali-
cui competit et sibi videtur
q(uod) competat fas est illi vi(m)
auctoritate propria occupare sed
oportet expectari in sinam
iudicis que declaret iusti-
ciam suffragium pro altera
parte aliquid imponant

silencium ne perturbet aut inqui-
etet de cetero / Ita et si cui
a multis ex sapientibus vi-
deatur aliquid ex sacra scriptura
racio sequi minime licitum
est ipsis auctoritate propria con dif-
finicionem ecclesie aliorum iudicia
que forte meliora sunt occu-
pando predicare id quod sibi
verum videtur esse ab hominibus
de necessitate credendum
Non n(on) corpori cuilibet doctori
competit auctoritas dandi fidem
ecclesie dei / eciam si magis sciencie
doctrina prepolleat Unde si
quibuscumque doctoribus videtur
aliquid racione sequi ex sacra scriptura
id ante determinacionem ecclesie de-
bet ab vniuerso populo tamquam
teneri pro fide catholica Contra
contraria illud quod dicitur Ephes. iiij
Non esset vnus deus vna fi-
des nec vnum baptisma / cui-
libet namque astrueret sibi parti-
cularem fidem Dic-
tum aduerso super questione non
allegare auctoritates expressa sacre
scripture nec racionis apparentis
vel specifica determinacio ecclesie
nec quod ex illis racio sequitur
constet omnibus euidenter ma-
nifestum est hic non esse tamquam
articulum fidei arctantem omnes
ad credendum de necessitate salutis
Et ita per opposiciones ceterorum
patet q(uod) aduersa posicio non sit de
necessitate fidei Nunc aut id proba-

a q b v̓ginem ee ↄceptaz in o
ṗctō non ē de fidei nctīte
alr̄ sequeretur multi v impolr̄

per reductionez ad impo le
Nam si hec tanq̄m si sit ar
ticulus fidei est ab omnibus
de necessitate credendum
Cum enī ea que sūt de ne
cessitate fidei nemī liceat
dubitare Et enī prout in
simbolo athanasij nisi q̄s
q̄z fideliter firmiterq̄z credi
derit saluus esse non potīt
Et iuxta vulgatā sniam
in Jure dubius in fide infi
delis est Constat autē q̄ de
hc multi dubitāt ymmo
tenent contrariaz doctrinam
Sequr̄ ergo q̄ omēs illi sunt
infideles Nec obstat si dicat̄
q̄ hec regula hz verum in
hijs que tenet̄ quis expli
te crede Sic omēs xpani te
nentur explicite crede q̄ xp̄s
sit natus ex virgine et passꝰ
pro nobis Sed q̄ xp̄s sit pre
destinatus filius dei in v̓
tute et sit splendor et figūa
sbe sbīe quia non omēs
tenent̄ id crede explicite
etiā si multi simplices de
hec dubitēt non ꝓpterea di
cunt̄ infideles ee Sed ꝯtra quo
hz dicat̄ q̄ licet dubitare
quia non tenet̄ crede expli
cite attendendū q̄ iuxta
comēz sniam doctorum int̄
cetera que quis tenet̄ crede
explicite numerant ea que
ptinet ad officiū suū vn̄
si sacerdos interrogaretur vtrum
credat verum corpus xp̄i ee

b que ptinent ad officiū suū
quis tenet̄ explicite crede

sub hostia consecrata non
sufficit ei ita dicē credo de
hoc quod tenet ecclīa sed
ipm̄ hc ad officium suū ptz
id crede tenere explicite
Cum ergo hec solemni
tas conceptionis specialit̄
celebret̄ si ē articulus
de nctīitate fidei ee concep
tum in originali verum
ad prēs vane fidei qui eaz
celebrant ptineat explicite
crede merito considerād
est Et qui alios cum poss
ab errore non reuocat se
ipm̄ errare demonstrat ut
de iure notissimū est maiori
me si ex officio ad eum hc
ptineat Constat autē q̄ ecclīa
Romana et ḡnalia conci
lia que pressserit sciuerūt
ut sciunt huiōi doctrinaz de
puritate conceptionis p̄ diuersas
mūdi partes in multis cordi
bus ee firmataz exhorta
tionibus et in pītō ut pdi
cationibus uel alio nō re
uocarunt ymmo de hc ꝑut
reuisū dicā pōt ut facta
est magna diligencia aut
sollicitudo Sequēr ergo q̄
absit hc iam testimoniū
de errore suo Ecclesia Ro
manam et Concilia ḡnalia
Et error cui non resistitur
approbat̄ sed notum est q̄ de
huiōi conceptione celeberrima
solemnitatez in mlt̄s ꝑtibus

immo in maiori parte christia-
ne religionis annuatim publi-
ce celebratur et de hac parte
concepcionis in presencia coram
totius cleri ac principum a
doctissimis viris fieri sermo-
nes adversus autem eorum
predicantes in pluribus locis
populos fuisse commotos. Di-
cit contraria posito quod auctoritas
fidei de necessitate sedes apostolica
et generalia concilia cum
hactenus non restiterit approba-
verit huiusmodi errorem. Ex quo
manifeste videtur populi catholicam
a pluribus iam centenariis
annorum continue perstitisse
in errore fidei quod dicere
stultissimum foret. Preterea ne-
que antiquus et a remotis ar-
guit videatur notorie constat
apud sedem apostolicam in
curia Romana annuatim
huiusmodi festum concepcionis
vi ydus decembris pure
celebrari quodque id festum
de eorum curie conveniunt
principaliter cardinales pla-
ti et alii fere omnes de
curia maiores. Et ne alle-
gari possit quod colleretur ra-
cione sanctificacionis non
autem concepcionis in presencia
eorum predictorum non sanctifi-
cacio sed conceptio in divi-
nis officiis nominatur solem-
nissime fit demum sermo
principaliter inducentes

Quod celebracio fe-
sti concepcionis
est quasi institucio
ecclesie Romane

auctores et iudices de preser-
vacione huiusmodi a peccato originali. Nec
prout a maioribus assertum
est. Et de aliquibus licet
perhibere testimonium de visu
in huiusmodi celebritate predica-
re inducentes contrariam assercionem.
Sic ergo dicimus quod festum
assumpcionis virginis celebra-
tur tamquam in corpore glorificata
sit nec potest referri id festum
solum ad gloriam anime quia
illo die in officio eius ac
etiam in sermone fit mencio
de glorificacione corporis. Ita
in huiusmodi non potest solum ad
sanctificacionem referri. Et si
dicatur quod hoc festum in Romana
curia celebratur contra ordina-
rie ob gratiam ordinis carme-
litarum, quia illius profes-
siones vocantur ordinis sancte
Marie et ipsi ad hoc festum
habent singularem devocionem.
Obstat primo quia ob gratiam
alicuius persone vel civitatis
non debet precipue ab ecclesia
Romana fieri aliquod quod
militet in errorem fidei. Secundo
obstat stilus Romane ecclesie
curie. Nam inter festa palacii
videlicet nativitatis Christi, resurrec-
cionis, ascensionis, pentecostes,
Iohannis baptiste, apostolorum
Petri et Pauli, assumpcionis,
nativitatis virginis etiam notatur
in eodem calendario hoc festum

conceptionis Nec illo die te
netur audiencia nec cancel
laria nec aperitur regina Et
hoc quod tam notissimum est
quod nullus ignorat curialis
Unde quemadmodum diximus
de festo Nivium quod postquam
ecclesia celebrat non licet alicui
contrarium predicare vel asserere
Et quid irrisorie dicetur cele
bracio si negetur miraculum
festo quod descensu illarum
nivium nichil continet Quin
immo ac re vero firmiter quod ex
dictis verbalibus sacre scripture
dicetur contrarium posse in
ferri Cum tale sit tempus esta
tis attenta maxime dis
solutione loci urbis roma
ne ubi multis annis in
maiori tempestate yemis
vix scit nix de celo videtur
descendere quanto minus in esta
te / vix enim reperitur aliquod
opus celestis miraculi et
divine gracie adversus quod non
possit argui ex aliquibus
dictis universalibus sacre
scripture Et tamen postquam
ecclesia approbavit oportet stare
in particulari assercioni sue
Nec obicia contra eam generali
bus dictis eciam si de tali
assercione minime in sacra
scriptura contineat Et hoc
idem sic est fere de omnibus
festis sanctorum que annua
tim celebrantur Unde a simili

videtur dicendum esse de festo
conceptione Et cum ab
aliquibus arguitur quod celebrari
non debet quia non annuatur
inter alias festivitates et prolu
ciandum de consecracione di iii
quante efficacie sit hoc argumen
tum noverunt illi qui sciunt
festa Romane curie Con
stat enim quod sunt plusquam xxx
alia que Romana ecclesia cele
brat preter ea que in ibi sunt
contenta / Unde in hiis que
potest suscipere imitacionem ex
tempore ex antiquo argue
ad primum argumentum non
inconvincibile / glo. vero dicit
sed non probat nec super eo al
legat auctoritatem vel racionem

Ex hoc satis evidenter
inferri potest quod ad ne
minem plusquam ad se
dem apostolicam que hactenus
numquam creditur restitisse ymo
ad hanc annuavit inter alias ma
iores anni celebritates Et
ad hoc quod dominus Cardinalis qui ea
die specialiter convenit celebri
tatem pertinet hanc piam sinam
de omnimoda puritate sanctissime
virginis defensare / Hec autem
allegacio tam racionalis videtur
quam ea que predicta sunt
ex adverso vehementi considera
cione quod posicionem contrariam de
fensare pertinet ad dominos cano
nistas / omnis equidem noverunt
se ad investigandam veritatem

quod ad sedem
apostolicam specialiter ad
eam spectat
dispensare cele
bracionem corporis
et virginis sacre

de pcto originali quid sit
qualiter contrahitur / ac de an-
nexis sic questionibus uel ut
contra potius ad materias
que inter eos vertitur iuridice
consweuerunt priori tempore sua
studia accomodare Unde
in materia catholica de qua
non est facta determinacio per
ecclesiam ad doctores canoni-
stas recurrendum esse idem esse
videtur sic in materia iuridi-
ca ad doctores theologos

qd nō sufficit qd
eius corpus celebrari
posse festū in die
qua sanctificatio
nō aūt ad concepcionem

Si vero dicatur qd huiusmodi
festum potest celebrari
eo die quia quemad-
modum ab illis de contraria
posicione asseritur vero eodem
die fuit eius conceptio in o
pcto et immediate sequuta est
ipsius sanctificacio / Contra quod po
quia prout ipsi dicunt nulla
sanctificacio fuit nisi post infu-
sionem anime racionalis et
contractionem actualem o pcti
que infusio anime iuxta physice
et medicine doctrinam eciam
fuit post fere ad tres men-
ses / Ecclesia aut consweuit
celebrare festum de ea re
in cuius contingencia factum
est adeo aliquod singulare
miraculum racione cuius illud
festum celebratur / Nunc aut
cum conceptio ut in patebit in
sacra scriptura sumatur dupliciter
videlicet pro commixtione seminum
et conmixtione naturum id est con

primi parentes ad generacionem con-
venerunt / uel quando anima volis
infunditur / si ita se habet qd nulla
sanctificacio fuit circa corpus
uel semina ex quibus forma-
tum est / nec circa animam ipsius
beate virginis in sua concepcio-
ne sed post / tunc manifeste
videtur sequi non esse cele-
brandum festum huiusmodi con-
cepcionis / ex quo nec in prima
nec in secunda conceptione potest
aliquod munus divine gratie uel
opus celestis miraculi sed dum-
taxat uel opus nature aut reatus
culpe / Hinc aut per ecclesiam
non consweuit attribui cele-
britas specialis / Et qui eciam
celebrat hoc festum eo die quo
fuit prima conceptio non me-
diocre testimonium ex hoc videlicet
habet ad illam posicionem priorem
de purificatione seminum in die
isto / verum et si hoc non po-
natur inclinatur suffragant multa
ut eo die festum huius cele-
bretur de quibus infra uel in his-
torie mencio fiet / Contra 2o
qd cum ecclesia conetur ingentum
per raciones errores preidere
et sub verbo sanctificacionis
nullus dicatur intelligi error
quemadmodum in verbo concepcio-
nis ut dicunt / sequitur qd cum
ecclesia sub nomine non sanctificacio-
nis sed concepcionis celebrat
a qd ipsa unum pro alio pu

tando errare dicat q̄d ab-
surdum est vel ad puritatē
conceptionis debē referri
solemnitatis intentionē et per
q̄ns nullum ibi intelligi er-
rorem. Et si nullus ibi est
error quia etiā non instituit
celebritatē ad solemnis ad
opus nē seu celestis miracu-
li pcti sed grē oportz ergo
intelligi in ea conceptione
aliquod celestis virtutis mi-
sterium singulare. Et hoc ē
sup quo intenditur. Attento
etiā q̄ opus sctificationis
eodē mō quo operadiso intelli-
gitur non fuerat ē q̄ si
potuit nisi p̄ eēt pfectum
conceptionis opus et q̄ntum
ad substantiam nature et q̄ntum
ad reatum culpe. Attento
similiter q̄ prout allegatum
ostitit multis racionibus et
auctoribus ideo hoc festum
conceptionis celebrari vel
ipis videbatur non decebat
quia ibi non esset nisi opus
nature vel reatus culpe q̄
ergo ec̄ia nūc celebrat sub
9cepc̄ nomine in quo si adversa po-
sicio vera eēt non intelligi
nisi opus nature q̄ reatus
culpe et non sub nomine sanc-
tificacionis in quo ut dicunt
fuit celeste miraculum et sin-
gularis gracie donum pt
inde quicūq̄ quod ec̄ia q̄ sub
hoc nomine celebrat festum con-
ceptionis in hoc fundit erroris

occasionem. Dixi autem q̄
ec̄ia in celebrandis festivi-
tatibus conatur inq̄ntum pōt
occasiones erroris precludere
legimus enim aliquas festivi-
tates fuisse in ec̄ia institu-
tas ad aliquos tollendos er-
rores q̄ perversos cultus qui
proveniebant ex ritu genti-
lium sic narrat Beda de
solemnitate sancti petri ad
vincula. Eo namq̄ die fie-
bat magna celebritas ve-
neracionis in honorē octa-
viani augusti pro data vic-
toria die ia. Item etiā
instituta sunt festa purifica-
cionis virginis et omnium sctorum
q̄ illis diebus fiebant ce-
lebritates que similiter prove-
nerant ex ritu gentilium. Un-
de hiem festo purificacionis
dicit sic Innocencius in ser-
mone de festo purificacionis
cereos portamus quia gen-
tiles februarium mensem in
fereis dedicaverunt q̄ puta-
bat in principio huius mensis
proserpinā raptā fuisse
a plutone quam quia mater
eius ceres facibus accensis
in ethna tota nocte per si-
ciliam querebat. Ipsi ad comme-
moracionē eius in principio men-
sis facibus accensis urbem
de nocte lustrabant. Sed al
sancti patres hanc consuetudinē
non possent extirpare cōstituerunt

in honore beate marie de-
votos portare accensos Ex-
patz quod ecclesia et si non cele-
brationes removeriunt mutat
tamen ac direxit sub alio
nomine et intencione in quo
error non posset notari sed
omnis honor cultus divini Et
ideo si ecclesia hoc festum ce-
lebrat referendo ad sancti-
ficacionem in qua nullus error
non aut ad conceptionem in qua
re significata si crederetur
de puritate quod adverso dicat
contineri errorem / quod ergo
hoc festum fuit appellatum
et per ecclesiam celebratur
sub eo nomine conceptionis
in quo error fidei non aut
sub nomine sanctificationis
in quo ut dictum consistit ve-
ritas catholica et nullus er-
ror / propterea hoc dico quod
in hoc sacro concilio et
ut asseritur in Constantiensi a
die sue incepcionis annuatim
via revolucione tam solem-
niter hoc festum celebratum
est et de sermonibus qui
in presencia huiusmodi sacri fuerunt
dicti non expedit Nam in
quantum sermones militaverunt
sunt qui audierunt testes
presentes hic

a Dicta inter veritatem fidei pietatem positionem probabilem et opinionem

Ex premissis ut dum
quod adversa positio
non sit articulus
fidei aut dubium probabile
sed forte dicitur posse ecclesia

quod doctrina de puritate conceptionis se habet ut pertinet ad pietatem fidei

quod libenter non propter causam si-
lencio preteream quod tamen quod divi-
na vel et autentica approba-
cione ecclesie hec doctrina de
puritate conceptionis inseruit
quod in veritatem vel pietatem
fidei cui non liceat teme-
rarie repugnare Sed de hoc
simpliciter nisi inquantum et ad-
quantum dictat vel se expedit
fidei mensura nichil asserere
intendo in posicione ista
quantum est de veritate et de ne-
cessitate fidei de pietate
a vero est alia ratio Et quid
assignat prenominatus dicta inter
ista quatuor / veritatem fidei
pietatem posicionem probabilem
et opinionem / ad hoc aut
appercipiendum quod dicitur de pu-
ritate fidei duo sunt motiva
principale est communis sententia mo-
dernorum doctorum et specialiter
sancti Thome quod celebracio
que per ecclesiam fit de festo
nativitatis virginis est evidens
testimonium et probacio quod
fuit sanctificata in utero
Nam quaecumque persona dicitur
sancti quod divina providencia
sit preordinata ad excellens
et singulare misterium divi-
ni cultus / quod eum nasci in
mundo non dum hanc gratiam
dei ad id sed in eo tunc est
solum opus nature et rea-
tus culpe originalis /

Eclia miquam de ipius na
tivitate consuevit festum
celebrare sic nec de sctis pe
tro et paulo / ewangelista Io et
alijs aplis et sctis / Celebt
aut festum de nativitate
sancti Io bapte / qr de cuis
sanctificacione in vtero conti
netur in ewangelio / cele
brat aut et festum nativit
virginis ex ead causa / quia
eccia fide recepit Et licz in
sacra scriptura non contineat
euident ombus possit q
absqz o p nata fuit et po
fuit sancta qm nata / Un
ad probandu q ipa non fuit
nata cum pcto o sufficiens
testimoniu est festum qd
eccia celebrat de sua nate
Sic eciaz de sto baptista
celebraco festivitatis de
sua nativite e sufficiens
atqz euidens testimoniu
q scta fuit Simile e de
conusione sancti pauli
Ita ecia dicitur de natali
cijs sanctorum in diebus obi
tus ipoue Equid eo ipo q
eccia celebrat natale id e
diem mortis alicuius apli mar
tiris a Confessoris seu virgi
nis / euidentissimu testimo
nium e q mors ipius fuit
sancta et preciosa in conspectu
dom Sic ecia videtur dom
de Conceptione beate virginis

q eo q ipo eccia illam celebrt
ergo fuit scta / Et tunc cessat
opacio miraculosa alioqn
de hc redde racionem singla
ritatis / Nec convenit referre ad
sanctificacionem in vtero pt
contraccionem actualem ut dicit
o pcti qm ad hac sanctifica
dum celebratur festum na
tivitatis ipius Et de ra
re mirabili eccia non con
suevit instituere plures fe
stivitates / Bene aut eq
festivitatem vnam ad sole
mpsandum plura opera
miraculosa sic de festo Epi
fanie legitur tribus mira
culis ornatum sanctum diem
colimus / Hoc ecia euidenti
ssime patz inspicienti Mar
tologium sive kalendariu
/ quia frequenter in vna die
instituta e celebraco festi
vitatis multorum sanctorum
Ita q cum eccia celebret fe
stum nativitatis beatissime
virginis quod e institutum
ad signandum suam sancti
ficacionem in vtero / cele
brat ecia festum conceptionis
ipius oportz intelligi referen
dum esse ad aliud qz ad
sanctificacionem in vtero ut
dicitur post contractum o p
Ez ut dictum e quemadmo
qz celebratur Nativitas Christi I deo

dicatur esse sancta. Ita racione cuius conceptio sancta dicatur dicens se habere euidentissimas auctoritates et raciones nec adimit. Non obstat hinc si dicatur quod sepe ecclesia festum celebrat de aliquo et tamen ibi non fuit opus diuine gracie aut celestis miraculi sicut tamen in die eleccionis summi pontificis aut coronacionis est gaudium dicta ibi enim non dicitur officium nec celebratur festiuitas de eleccione aut coronatione romani pontificis tanquam sancta aut miraculosa de necessitate misterii ligata fuisse sed amussale refertur gracia deo pro tanti genus beneficii. Unde in primitiua ecclesia quando fortassis dignitas episcopalis erat in maiori veneracione spiritualiter annuaria celebracio consueuit fieri in die consecracionis cuiuslibet episcopi in sua diocesi sicut habetur implicite de conse. dis. i. in multo capitulo. Et augustinus narrat de se ipso in pluribus sermonibus in libro omeliarum. Item et hic fiebat in memoriam singularis gracie et spiritualis potestatis que confertur episcopus in sua consecracione. Eodem similiter racione habetur festiuitas de consecracione ecclesie vel altaris. Et eciam modo in memoriam spiritualis

beneficii a deo recepti. Reges consueuerunt celebrare dies natalicorum suorum sicut legitur de herode in euangelio. Ita enim temporalia sunt. Non etiam potest tamen non vera. Secundum motiuum est impertinencia ad christianam religionem que principue consistit in simplici puritate fidei nec ducitur probabilibus. Modo quo de titulo competente aut dubio in iudicio dicetur sunt canonizacione sanctorum celebrentur. Ubi quis hoc potest edoceri de canonisacione anacleti urbani et aliorum romanorum pontificum vel infanrii vitalis et aliorum martirum hilarii remigii et aliis sanctis episcopis. Sed itaque de sanctis abbatibus et virginibus difficilimum aut impossibile esset a posteriori ostendi exhibendo bullas de canonisacione vel alias testimonium directe. Sed a posteriori quod communis consuetudine celebracionis et approbacione ipsi etiam consuetudine probanter. Et probaretur hec probari. Et probaretur singularis que reputatur pro omnibus euidentissima est quia ecclesia Romana celebrat. Et constat tamen quod multa colit Romana ecclesia que non aliis multe particulares. Et multo plurima in illis celebrantur parti est que vel in omnem christianam religione. Ita quod

cum constat hoc festum ce-
lebrari in in maiori parte
Xpiane religionis et annuat-
ur ac celebratur a Romana
ecclesia inter uel alia solemnia
festa merito possit stari in
simplicitate fidei nostre circa
u. que modo opponitur ad
usus hanc piam doctrinam
de puritate concepcionis re-
dendum est. merito quod cum
solemnitatis institucionem
deducta fuerat in discussio-
ne examinis pro matu-
ra deliberacione in tota nostra
fidei. Videmus namque quod
ante canonisacionem alicuius
sancti fit discussio super
meritis illius et miraculis
in vita et in morte que
sufficiant ad canonisacionem
Nec fertur sine sentencia
de canonisacione nisi de
hiis constent. Et dum du-
rat discussio non prohi-
betur quis dicere de eo quod
non fuit sanctus. quod fuit re-
missus et multa similia
de ignorancia sanctitatem
suam. Sed eo ipso quod ass-
cribitur cathologo sanctorum et
mandatur festum de eo pos-
se celebrari nullum vicium
sed omnes virtutes in eo resple-
duisse saltem tempore transitus
sui. quibus Xpianus tenetur
fateri et non contraresistere

Sed cum appareat tamen hoc
quod post canonisacionem alicuius
sancti liceat in publico
obicere contra suam sanctitatem
valde presumpcio non medio-
cre. sed pluscumque maximum
preiudicium fieri fidei et re-
ligioni Xpiane. tenemus
enim pro firma fide quod in
canonisacione sanctorum quia
est materia singulariter ad fidem
pertinens ecclesia non possit
errare. Simile est de aliis
festiuitatibus utpote quod na-
tiuitas beate virginis et Jo-
hannis baptiste in peccato fuit
non admittetur aliquis ad
probandum contrarium. Sed si hec
dicat super hoc euidentissi-
mas auctores sacre scripture
tamen hoc probabit quod ad hoc pro-
positum multe possent ad-
duci. Nunc igitur in proposito
nostro cum ex effectu et a po-
steriori per ea que supra dicta
sunt probetur quod super materia de
celebritate concepcionis fuit
pronunciatum a Romana ecclesia
Et hunc celebracionem prout
ex aduerso dicitur sit referatur
ad intelligenciam concepcio-
nis obsistit veritas fidei
quia fuit concepta in o-
quo aut contra veritatem
fidei ecclesia que in fide errare

non potest pronunciari fieri co-
ceptionis solemnitatem / oportet
igitur primo intelligi quod certitudo
de hac puritate conceptionis
habuit certitudinem sufficientem
Certitudo autem in hoc vel habe-
tur quod auctoritatibus spiritualibus sa-
cre scripture et doctorum sine
racionum evidentia in illis fun-
data revelacione divina et
miraculorum testimonio quod
cumque illorum fuit intelligendum
est precessisse maturam discussi-
onem et certitudinem que suffi-
ad pronunciationem huiusmodi festi-
viter atque solemnitates / Unde
quod huius racionabiliter determinatur
merito teneri debet sub pie-
quod non est necesse vndi quo processit determinacio ecclesie — tate fidei / Nec oportet dicere
ondas quo primum processit materia
super hoc discussio / et postea
subsequuta est diffinitiva pro-
nunciatio / optabat scire quod
et si nunquam publica pronun-
ciatio precessisset sed remisisset
ad nos in silencio etiam hoc
esset / Nam alia multa et
maiora in divino cultu que te-
nentur pro fide si necesse esset
originem determinari cum nec
de vix posset iam pervenire / de-
bet Augustinus et habetur in decre-
tis dis. xi ecclesiasticarum institucionum
quasdam scripturis quasdam
aliqua tradicione apostolica per

successores in misterio confir-
matas accepimus quasdam
vero consuetudine roboratas ap-
probat usus / quibus par ritus
et idem utriusque pietatis de-
betur affectus / Unde quis vel
aliquantulum sacrarum peritus
scripturarum hesitavit / Si enim
attendimus consuetudines ecclesie
nec per scripturas a patribus
traditas estimare quantum religionis
detrimenti sit latura / in mente
despicientibus / Unde patet que
enim ut inde exordiamur exor-
dium scriptura salutifere crucis
signaculo fideles docuit insigni-
ri / Item ibidem exemplificat
de signis crucis que fiunt in
celebracione misse / de orando
versus orientem oleo unctionis
benedictione fontis baptismatis
etc / Unde et hec et alia illius
modum non pauca vi tacita a
mistica tradicione a patribus
certo more ac reverencia diligen-
tia sunt in misticis observata
magis silencio quam publico scripto
Unde idem Augustinus in libro de fide
Romana catholica ecclesia per orbem
diffusa tribus modis probatur
consistere / quicquid in ea tenetur
aut auctoritate scripturarum / aut
universalis tradicio / vel propria certe particularis

instructio. Sed auctoritate tota constringitur vniuersali tradicione maiorum. Reliquum tota priuatis vero constitucionibus et propriis informacionibus vnaqueque pro locorum varietate prout cuique visum est subsistit et regitur. Item in libro contra manicheos palam est quod in re dubia ad fidem et certitudinem valet auctoritas ecclesie catholice que ab ipsis fundatissimis apostolorum sedibus vsque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et tot populorum consensione confirmatur. Nec valet contra hoc dictum ciprianj quod consuetudo sine veritate vetustas erroris est. Nec augustinus in libro de baptismo paruulorum qui contempta veritate presumit consuetudinem sequi aut circa fratres inuidus est aut malignus quibus veritas reuelatur aut contra deum ingratus est inspiracione cuius ecclesia instituitur. Paruulorum namque de qua consuetudine loquitur non ecclesie. Nam dicit quod est contra deum ingratus inspiracione cuius ecclesia regitur. Iterum dicit de veritate manifesta certa et clara. Hoc autem quod aduerso posito declarari nequaquam potuit a centenariis annorum continueque validissime adiuta est. Obstat autem iam eciam consuetudo Romane ecclesie et fere omnium ecclesiarum que nunquam infirmata sed semper creuit in maius.

Scio aduersus hec duo obici posse quod de huiusmodi solemnitate non sit in ecclesia institutum officium quod quia hactenus non fuit accepta approbacione eorum quia illi restiterit. Non obstat primum quia non est de substancia institucionis celebritatis. Sed de congruitate et de consequentibus unde contingit aliquando multum temporis consumari ante institucionem officij. Hoc patet quod ante tempora Damasij pape et Gregorij non erat instituta ordinate prout nunc sunt de apostolis martiribus confessoribus que preesserat officia certa. Item et in breuiarijs et anfsalibus habetur officium commune pro festiuitatibus illis qui proprium non habent. Sed hac racione eciam militaret contra festum sancte Marie de niuibus in paucis namque breuiarijs nisi in nouis habetur. Tercio non est vero recollectio aliorum officiorum. Legimus nichil de nouo ibi poni vel historia

principalis. Hoc idem habet
et specialiter apud multos de hac
celebritate conceptionis / secundum
autem de resistencia illud ma-
xime confirmat hanc priorem
doctrinam / hec est enim proprium
fidei sane ut adversa crescere
sicut fuit de fide sana persecu-
cionis martirum. Constat
namque plures sanos fuisse
tempore Constantini quando de-
fuit persecucio quam tempore nero-
nis quando primo incepit edicto
vel. Sic modo in ista materia
contigit. Et enim constat quod
tempore Bernardi qui increpi-
repit Canonicos lugdunen-
ses de presumpcione sibi novitate
non erat tot ecclesie hoc festum
celebrantes quot fuerunt post
ad centum annos. et a centum annis
usque huc sunt ut credo duplo
amplius multiplicate et quod
magni ponderis. Iam ecclesia
Romana hanc solemnitatem
celebrat presentissimum autem
eciam generalia Concilia. Cum
ergo huiusmodi doctrina de puritate
conceptionis beatissime virginis
testimonium habeat fere tocius
o orbis et Romane ecclesie. Et
iam a pluribus centenariis
annorum sic inter adversa crevit
maiori cultu reverencie et pie-
tatis devocionem evidentissimum
signum. Istud est apparet quod hec
opinio huius doctrine prierata
non sit ex homine sed quod ex deo

Quod a deo est confirmacio huius
doctrine et persistitur de iam
factis miraculis

nec humano dissolvi possit
iudicio Actuum v°. Considera-
dum ergo se offert quod quod deo
confirmacio huius doctrine pro-
venerit cum Canonici lug-
dunen non obstante tam acri
reprehensione sicut continetur ad
eos in Epistola Bernardi in-
columes perseveraverunt in
ea qua inceperat huius festi-
vitatis celebracionem. Ecce non
obstante multorum dictis
doctorum que allegata sunt
ex adverso / eciam tempore illorum
et continue semper in mentibus in
cordibus fidelium crevit semper
ista devocio / Unde quemadmodum
legitur de filiis Israel Exo. I
quanto magis opprimebant
eos tanto magis multiplicantur
Itaque in hoc contigisse respectu
ecclesiarum celebrancium huiusmodi
festum / ex predictis a posteriori
licitum posse concludere pie aut
probabiliter videtur quod huiusmodi
doctrine publicacio celesti reve-
lacione et multiplici divina
secreta in cordibus fidelium
inspiracione seu miraculorum
multiplicacione inicium habens
illius continuacionis perseverenciam
semper accepit / Desistitur vero
ab huiusmodi persecucione / ymmo hec
clarum est potest intueri processum
augusti ultimo de civitate dei
capitulum ad probandum vitam fidei

ure qm ex rebus incredibilibus
efficitur certum incredibile ma
ius cuius assercioni quia obsi
stit irrefragabilis evidencia ra
tionis probat a posicioni per
trium incredibile verum esse
Ita hic inducere non esset nimis
difficile / attento quod credul
itas huius doctrine semper in
maius crevit Nec etiam im
quia legitur restitisse immo
et creditur approbasse quod esset
ex miraculis constare dicitur omni
certitudinis stabilitate firmatur
Unde Richardus de s. vi. li. 1
nichil certius et firmius tene
mus quam quod ex constanti fide appre
hendere nitimur / Nitimur
namque in fidei confirmacione
signis pro argumentis pro
digiis pro experimentis / Uti
nam attenderet iudei et pa
gani quanta securitate pro hac
parte ad divinum iudicium po
terimus accedere Nonne cum
omni confidencia deo dicere
poterimus domine si error est a te
ipso decepti sumus Nam ista
nobis tantis signis et pro
digiis confirmata sunt et tali
bus que non nisi per te fieri possent
Hec ille / Verum ne dica
tur quod hec doctrina super potissi
mo genere probacionis miraculorum
assercione firmari nititur Cum
nobis serpam omnia sapiencia
suavi moderacione bonum
aplausu demonstret Ideo
ne adversa posicio contra
hac doctrinam glorietur quod non
ista sed ipsa solum in sacra
scriptura fundatur Intendit
ad presens non huiusmodi miraculorum
assercioni sive etiam assercio
sit iniciti / sed duobus quorum
utrumque insuperabile est quae
sunt racionis evidencia recta
fide illustrata / et divina
auctoritas adiungetur / etiam alia
duo scilicet perfectas fidei anti
quorum et modernorum patrum
ac sanctorum documenta doc
torum / Unum vero etiam ma
teriam de huius miraculis
commemorandum esse putatur
quod cum a prosecutoribus huius
doctrine de puritate concepcio
nis sancte virginis plura
afferantur miracula super hoc
a deo facta fuisse in graciam
devotorum huius doctrine / Re
peries non pauca ex eisdem apt
ulatas solemnes etiam redac
ta in scriptis et inserta plurimis
voluminibus una cum aliis
divinis officiis quod nec scripto
aut verbo a prosecutoribus
contrarie posicionis asseritur
ut unum elicuisse duntaxat
miraculum in sive graciam pon
tificatum / pro hac enim parte
ut omnes hic audivimus

et in legenda huius festiuitatis
asseritur / multi positi in an-
gustia intercessione exposita
de celebracione huius festi
mirabiliter sunt adiuti / quod et
aliquis fecit uotum de re-
sistendo huic doctrine uel
de persequendo eam assentores
et dicat se celesti auxilio
liberatum a periculis / non sic
auditum est / Unde et publica-
cio huius doctrine desuper cre-
dita multiplicata diuine
longe lateque huiusmodi que as-
scritur mirabilium auxiliorum
continuacio non mediocre te-
stimonium prestare uidetur

Nec doctrine huic ob-
stant ea tria que e
aduerso preadem sunt
super hoc fuerunt allegata
videlicet quod in duobus conci-
liis determinatum est quod re-
dempcio et liberacio a commu-
ni seruitute ex quo virgo fuit
redempta quod fuit in originali
concepta / Et quod hec exponunt
canones interpretacionem iuxta
ratione intelligenciam ecclesie /
quo precipue est testimonium
operis in hiis que sunt cul-
tus diuini / Unde magis
ad consulac presbiterum in hiis
rebus de quibus nil certi
statuit diuina scriptura et
mos populi dei et instituta
maiorum pro lege tenenda sunt
Et sic preuaricatores legum

diuinarum Ita et contem-
ptores ecclesiasticarum consue-
tudinum coercendi sunt
Item secundo non obstat allega-
ta doctrina sancti Thome in
Tractatu contra errores gre-
corum super materia de processione spiritus
sancti quod sic in ea / ita quia
omnes doctores in materia de
concepcione beate virginis
in proposito sunt conformes et
de ueritate fidei in proposito quando
ad doctores pro ut singillatim
considerantur non potest dubia
fidei diffinicione autentica
declarare aut condi articulum
siue simbolum fidei quod artet
totam christianam religionem
Sic enim dicitur in simbolo clemen-
tinarum / hoc potest duntaxat ad
sedem apostolicam / non intelligo
in hoc excludi concilium generale
quod tamquam supremum tribunal
iudicii in hiis que sunt fidei
veneratur a tota christiana religi-
one / Unde ex hoc manifeste
patet quod certum si omnes doctores
quod tamen non est pro aduersa
posicione essent conformes /
videlicet declaracionem ecclesie li-
citum fuit aduersae doctrine as-
serere sua posicione et de ueritate
fidei contenta determinacione
sancti Thome in prima parte q.
xxxi in corpus licet dicit
nouatoribus ... ex mai Et

qp sic in hijs que per ecclesiam
non sunt adhuc determinata Cu
ius sup ista questione posicio
contraria non dum constare
dicatur qp determinacione ecclesie non
contineatur expresse in sacro ca
none biblie / neqz qp contentis
ibidem necessario sequatur / constat
omnibus evident sequi senten
ciam intelligi potest esse de verita
fidei / quodqz contrarium assentire
sit heresia et erronei / vel
saltem contraria assercio sit here
tica et erronea / posito etiam
sed non concesso qp omnes doc
tores sup hac questione
essent conformes / multe quidam
non una et centum sed plures
multo ad centenarios compu
tando sunt hodie questiones
theologie sup quarum determinacione
ut multos nec doctores alios
quam tamen ad principale assercionis
dubitare est / Si quis tamen as
seret qp credere sit esse verum de
hijs omnibus pertineat ad neces
sitatem fidei / plurimum gravaret
fidem et nimis arctaret xpia
nam religionem Unde in
multis questionibus ista quam
non videtur esse irrefragabilis
hic dicunt conformiter omnes docto
res / ergo est de necessitate fidei
Additur etiam qp a quibusdam
dicatur scilicet qp contentis in sacro
canone biblie Nam ut demonstratum
est de hac oportz qp constet
testimonio illius Iudicij cuius
autentice diffinicioni acquie
scere tenentur omnes fideles / patz
hic in eadem materia de qua premi
sse dicitur qp adiecto de processi
one spiritus sancti / quia dicit
omnes doctores esse conformes
deducto ad hac applicari non
potest / quia in ista non sunt
omnes conformes Nam multi
quamvis conveniunt plures sunt pro hac
doctrina / intelligo quantum ad
specificacionem expresse nomen
verbo et per se quantum ad id
quidem ipso est principale Item
quantum ad eos sanctos docto
res de quibus hactenus qp adiu
sto in principio allegatum est
Et posito qp omnes essent conformes
oportz hic probare ut dictum est per ecclesiam
declarari Non enim cuilibet assertioni
de hac conformitate credendum
est Alicuius namqz a multis
reputatur audacie si quis as
serat qp nullius doctor quando
dicat / cum sit negativa facti
que in huiusmodi terminis non dicatur
vacillata esse loco et tempore sine
qp circumstancijs modificatur
et limitacione / quis enim au
deat asserere se audisse et intel
lexisse cuiusqz originalia doctorum
tantum ut ad legendum vita sufficiat
ut esset omnia que dum potuit
quamvis tamen est memorie com
misse ita ut dicat erudi

co scripo omnes ee confor
mes Tunc aliquez co illis in
quocumque passu fuisse co
trarium non est hic sermo de
ecclia que congregacio est
fidelium hec enim asserere
possz / sz in locis in quibus
hec asserit in rio et ecle
ccia non vtr sed loquitur
indefinite / Et et si aliqs
antiquorum doctorum hec
asserat cum quottidie noua
comenta fiat / quia ut dicit
ecclesiastes xii faciendi libros
nullus e finis / quanto poste
riores sumus qui inta bre
uiores et virtute pusilla
nimis possimus hec asserere
Tercio adhuc est contra na
in spus sancti est de hiis
que sunt nre ee / et impole
non esse Non sic aut de
concepcione b virginis q
fuit mere contingens / Cer
to quia de processione sps
sancti a filio nedum gra
li sermone / sed spualr in
sacra scriptura reperit scrip
tum contium statis e ut eui
dent omnibus appeat quod
sequitur ex illis necessario
et in concili arto Non sic
aut de psonali concepcione
b virginis in originali pcto
Etiam nec obstat epla de
uotum Bn ad lugdun / immo
ex ipa clici contium Constat
enim q super articulis fidei
aut veritatibus sacrescripture

sancti non attestantur se pro
babiliter dicere / nec remittunt
ad determinacionem summi pon
tificis / tenent enim pro fide
q apostolus gal i docet q et
si angelus de celo ewange
lisset contra hiis que sunt
fidei non credendum e illi
Vnde sciti ex ipso q remit
tit documenta sua ad noua
determinacione ecclie / sufficit
doctrinam suam non ee de
necessitate fidei / proinde
cum Bns sup hac materia
semper remisit doctrinam suam
ad determinacionem Romane
ecclie Ex quo constat q ecclia
Romana hac solemnitatem
celebrat / magna suarum
efficacia racionum cessare
videri Vnde cum in hac
questione de celebracione hu
festi fuerit contra b B
et Canonici lugdunen pro
ut ex dicto appare epla et
qui contra allegauit magnum
prout asseritur euidentiam
racionum / videmus tamen ab eo
pro ecclesiam Romanam non
ee conformatam dicte Eple
Canonicorum lugdunen pocius
applicasse celebracionem in eo
q ipa huiusmodi festum cele
brandum instituit / merito go
b B sententiam dicte Eple
aplice sedi submisit nullus
enim sanctorum cum determinacionem

Ecclesie suam auctoritatem de-
fendit / Hoc autem inquantum tangit
admodum celebracionis / De puri-
tate super maria concep-
cionis ad contenta in dicta
Epistola infra dabitur specialis
responsio / ostendendo quod
raciones in ibi posite non
obstant huic doctrine de puri-
tate concepcionis sanctissi-
me virginis // Ex premissis
itaque iam manifeste appa-
ret quod adversa posicio de con-
cepcione virginis in omni pro-
sit veritas fidei / Forte iam
nec dubium probabile post
tanta vivisse fere christiane
religionis approbacionem
solennem ac communem cele-
bracionem ecclesie de hac fe-
stivitate in maiori multitudine
ecclesiarum preclarum totius
religionis christiane Romana ecclesia
et generalibus Concilijs Est
enim considerandum memoria
dierum de quantum ad tempora
huius celebracionis Et cum
a cc annis et ultra quam pri-
mum hec festivitas celebra-
ri incepit ut predictum est tunc
paucis erat eius celebra-
cio in huiusmodi celebritate so-
lempni et ecclesia romana erat
conformis / Unde de hoc
tempore loquuntur doctores aliqui
quod posset referri celebracio

huius festivitatis ad respectum
sanctificacionis quod ut ipsi di-
cunt faciunt propter fovendam
in sua devocione simplices
et piam intencionem fideli-
um existimantes quod in huius
celebracione per simplices
error possit intervenire Cum
autem nunc videamus et non
solum toleret hanc festivitatem
celebrari ordinarie in roma-
na ecclesia dicique officium de
ipsa a summo pontifice Car-
dinalibus Episcopis magistris et
doctoribus in Curia Romana
et ubique fere existentibus
/ quos ignorancia non sicut
simplices excusat in hijs que
sunt iuris divini / ~~[illegible]~~
aut quid generalia Concilia
candum festivitatem solempni-
ter celebrant / quorum decretum
precipue consistit in hijs que sunt
fidei / aliud nunc mito dicam de
ubi tot conveniunt testimonia
quemadmodum dicta sunt in pro-
cessu cum reprehensione ali-
quorum ~~utz~~ quod ~~Epistola dicit~~ hec
festivitas celebrabatur Non tamen
dicam propter quod quod inadvertencia
ecclesia Romana instituit hanc
festivitatem / cum notorie eis
constaret super hac questione
fuisse tam gravem discep-
tacionem non in una civitate

Tercius

aut provincia sed fere in tota
xpiana religione / Unde non
quia allegant doctores qui
pro contraria posicione lo
quuntur Iam vel in magna
parte videtur cessasse Quod
dici rationabiliter non potest ce
lebracionem huiusmodi provenire
ex pia et simplici nec discre
ta sufficienti aliquorum fide
lium intencione nisi dica
tur preiudicio non mediocri
ex simplicitate prout op
portunus est iudicio discre
cionis Ecclesia Romana
seu generale concilium et per
sone superius posite intro
duxerunt et continuant novita
tem cultus divini in xpiana
religione Itaque doctores
qui videntur pro contraria
parte scripsisse fuerunt tempore in
quo ad huc celebritas in ec
clesia non erat solenniter
introducta / nec aliquis eo
rum facit mencionem de cele
bracione huius festi quod fiat
per Romanam Ecclesiam Et
mathias quod debebat referri
ad sanctificacionem prout quidem
mencionem facit de pia de
vocione simplicium / ymmo in
argumenta quod potissimum re
putat dicens quod ecclesia Ro
non celebrat ipsam beatam virgi
nem esse in originali peccato conceptam

Ex premissum ergo intencione ym
constare quod ecclesia Romana Ecclesia
celebrat evidentissimum sit te
stimonium quod sua concepcio
fuit in gratia nec in originali peccato Et
ita doctores qui post huiusmodi
introductionem celebritatis lo
quti sunt dicunt / quod quamvis eam
sub nomine concepcionis ce
lebritas est instituta etc. ut
predictum est intelligitur intuemus
se in ea re opus celestis
miraculi aut divine gratie
Hec autem Romana Ecclesia pro ea inten
cione largius diffusa fue
runt / quia dicunt ostendere po
sicionem contrariam non esse
de necessitate fidei quod eciam
clarius patebit Respondebi
ad raciones et in contrarium
adductas singulariter auctore

Explicit allegacio prima

Sequitur allegacio
secunda etc.

Premissis
declaratione
facta superius
de originali
peccato nunc in
duabus sup-
positionibus
predictis quo
ad prosecu-
tionem deducende
materie fuit primo
declarandum necesse videlicet
quod in hac materia
de conceptione virgi-
nis non tam aucto-
ritatibus quam racio-
nibus est utendum
Et quia adversa po-
sicio de conceptione
virginis in peccato origi-
nali non est veritas de ne-
cessitate fidei, licet aliquando
potuit esse dubium probabile
Magis autem quod doctrina de
veritate conceptionis pertinet
ad veritatem fidei seu pie-
tatem / Acceditur nunc pro-
xime ad ostendendum primum
ex quatuor presuppositis sco-
lasticum documentum, videlicet quod
beata virgo dei genitrix potuit pre-
servari a deo ne contraheret
originale peccatum Et ostendi-
tur, primo autem per scientiam racionem,

omne agens quanto est maio-
ris virtutis tanto citius causat
effectum suum, sicut patet in sagitta
que emittitur a forti balista
et in ea que per arcum a debi-
li brachio, prima etenim citius
pervenit ad terminum Est etiam
exemplum in duobus adaman-
tibus eque distantibus a fer-
ro Ille enim quod est maioris
virtutis citius ad se trahit
Constat autem quod lumine creatum
puta solis vel lune primo
instanti sue operationis, vel
saltem ut aliqui volunt venit tempore
imperceptibili illuminant hic
aerem inferiorem Cum igitur
lumen dei eternum sit mul-
tum maioris virtutis in eo
instanti quo anima creatur potest
eam perfundere suo lumine gratie
Et ante contractionem originalis p-
possit anima sancta esse / Con-
firmatur duorum effectuum vere
distinctorum unus potest unum
ab alio separare Constat autem
quod hec sunt vere distincta crea-
tio anime infusio et originalis
peccati contractio, fuit namque
in christo et in adam infusio
anime nec tamen contractio originalis peccati Ergo
potest infundi anima sine hoc quod
contraheret originalem culpam Tertio
Deus potest dare gratiam suam anime

procinctus instantis ipsa capax
est / sed in primo sue creationis
est capax / sic aer sue illumina-
tionis / ergo in eo ante con-
tractionem originalis peccati potuit infundi
lumine gracie / Secundum autem
est multorum sanctorum et alio-
rum doctorum / specialiter sancti
Thome / quod primus homo fuit
creatus in gracia gratum fa-
cientem / ex quo videtur quod in
primo instanti sui esse erat
capax gracie / Secundo probatur
ex sciencia morali amicicia
enim inequali sive beni-
volencia in superiori / est commen-
dacius cum sit moralis
et virtuosus / Item quod pro
eodem tempore quo quis aliquem
diligit / quia hoc ex sua li-
bera voluntate procedit potest
eum odire et econverso / Sed
si virgo contraxisset originale peccatum
deus in primo instanti sue
infusionis eam odisset /
ergo pro eodem instanti po-
tuit eam diligere preservando
ne contraheret et eam sancti-
ficando // Confirmatur maio-
ris potencie et benignitatis
est deus in preservando hominem
a peccato sive retrahendo quam
sit homo / Sed homo eum quem
diligit ad aliquod futurum
incipitum potest retrahere ne
in culpam cadat / et ex eo

minus ab illis fiat / ergo po-
tencius multo deus beatam virginem
quam ab eterno ad tam singula-
re preordinavit ministerium potu-
it preservare ne in culpam ca-
deret / Tercio ostenditur ex
politica sive civili sciencia / quia
quando enim princeps statuit aliquam
legem potest in ea prout vult
videtur dispensare / patet hoc
manifeste per multiplicatis
leges et canones / Cum igitur
ut supra deductum est quod de-
creto divine legis contrahebat
originale peccatum / potuit deus
super huiusmodi ordinacione cum
genitrice sua beata virgine dispen-
sare / Quarto ex sciencia
catholica / deus enim preterito
multas leges protulit in qui-
bus postea dispensavit / patet
in lege matrimonii / hec enim
a principio fuit quod unus unica
contentus esset nec liceret uxorem
dimittere / prout salvator de-
clarat Math. v et xix et
contra hanc formam observat
Inveniuntur autem quantum ad plu-
ralitatem fuisse dimissum a sanctis
patribus observatum Abraham
Jacob Helchana David et
aliis multis qui absque peccato /
ymmo sancte et meritorie plu-
res sibi habuisse uxores dicun-
tur / ergo in hac lege di-
vine maledictionis ex

quicunq̃ hō seminalit' propa-
gatus contrahat petīn origina-
le, potuit deus cum nūc sua
libere dispensare Item po-
testas hec apparet multiplici-
ter Nam in essen' ordina-
tio et rea' distinctio deus pt
fac' vnū sine alio Constat
aut q petm, oi rea' et cen'
ab aīa distinguit' q aīa
cōite pot ab ea separi Cu
videmus q vls remittat' per
baptismū Nam q ab aīa
pot remoueri pt pō nō fuis-
se in ea / igt' potuit infūdi
aīa absq̃ originali culpa
Sꝫ iuxta deductionē aug
in Epla ad Celestem pe-
lagianum tyronū / Sꝫ quod
deus vult pt fieri sed deus
vult homīez sine pcto esse
ergo hō pt ēē et absq̃ pcto
fieri / Sꝫ se' illud absur-
dissimū q cum deus nō
velit hoīez cum pcto esse
/ si homo absq̃ pcto ēē et
fieri non pot, potit ergo in
mūdo fieri qd' deus nō vult
et illud qd' deus vult scꝫ ho-
mīez sine pcto ēē hc fieri
non possit / Item petm
ca' ē nāle id est subiectum
a' accidens est Si subiectū
ē petm non ē si accidēs ē
recede' pot et qd' pt recedere

potest non esse et si pt nō
ēē sequit' q absq̃ eo pt ēē
et fieri Item nā homīs a'
est bona a' mala, nō ma-
la / quia vidit deus cuncta
que fecerat et erat valde
bona, go ē bona, sed ia
natuā bona non ē q' ma-
lo care nō pot / sic ita nā
non ē sana que nūq̃ pt
infirmitate carē / si go nā
huana nūquā pt sine pcto
fieri et esse / sequit' q cōsua
condicōne non ē bona sꝫ
mala Item non est
potencior ad effectum in esse
ponendū causa in se nobilis
deficiens qm causa posi-
tiua vtuaī ac re efficia-
ens / sed deus pt suspen-
de' actum cuiq̃z cause re
efficientis / go multo am-
plius pt suspende' opa-
cionē cuiꝫ cause defectiue
minor ē manifesta in te-
ologia / et hc sunt quatuor
exempla in sacra scriptuā
pmum ē q deus potuit
suspende' ignem / qui re
ē causa efficiēs ab actu ca-
lefaciendi et comburendi
prout pzit de daniele
et suis sociis positis in
camino ignis quorū nec
vestimenta fuerunt ab

igne combusta / danielis
iiiº / Secundum est daniel vi
quod deus conclusit ora leo-
num et quantumcumque fame
sterent ceterorum tamen eis da-
niel in lacu non potuerunt
contingere cum sed inimicos sta-
tim devoraverunt Tercium
est de eo quod daniel xiiii
Quartum est de Iona in
ventre ceti Ione ii Sunt
etiam alia duo nec istis
minora de aquis ut non
fluerent nec suffocarent
filios israel scilicet in divisione
maris rubri et fluminis Jor-
danis Exodi xiiii et Josue
iiiº Et ita similiter potest fieri
de qualibet alia causa secunda
que suspenditur in actione
sua Cum igitur peccati nulla
sit causa efficiens sed de-
ficiens scilicet quod potest deus su-
spendere huiusmodi actionem
etiam esset aliquis genitus
nec contraheret o. p. Item peccatum
parentum imputatur filiis ex
voluntate principis potuit
enim quibusdam imputare
aliis permisisse Si ergo pe-
na o. p. est ex demerito
primorum parentum et imputatione
dei non coacta et necessaria sed
spontanea ac iustissima
dei voluntate / scilicet quod eadem
potest voluntate quem vellet
eximere ab huiusmodi imputa-

tione Unde dicitur in psalmo xxxi
Beatus vir cui non imputat
dominus peccatum Exempla de hoc
in sacra scriptura sunt multi-
plicia / videmus enim quod peccatum
Cham qui gravissime pro-
ut nobis apparet peccavit
non imputavit deus filiis
suis quo ad penam temporalem
quia quod in sacra scriptura exprimitur
se dicat venie / et tamen per cham
filii Noe imputatum est po-
steris suis Quarti libri hystoria
regum plena est exemplis huiusmodi
Exemplum accomodum de hoc
habetur in regum xiiii / ubi
legitur quod peccatum Jeroboam
Regis israel quantum ad penam
in ibi contentam imputavit
deus omnibus filiis suis / sed
ab hac pena unum ex illis
excepit Et hoc etiam facit quod
dicit glossa ad Romanos iiii et ha-
betur in ii dist. xxxii quod
peccatum o. sive concupiscentia
transit sive dimittitur in bap-
tismo non ut non sit sed ut non
imputetur in peccatum / hoc est enim
non habere peccatum non esse reum
peccato / videsis in p o vel quo-
cumque alio aliquid dici potest
formale / nam alia causat
divina potentia imputandi
et non imputandi peccata parentum

a Qz b. virgo maria potuit a pctō
originali pservari etiā de potēā
ordinata et declarat q sit potēcia
ordinata et absoluta Rē

filijs sit in ptate dei et sua
voluntate / manifestū ē q
petm pmi pentis potuit vgn
imputari b. virgini matri sue
a longiori probacōne huius
scolastici documenti ulterius lice
bat desiste Nam videt q
oppositum eet erroneū et
hereticum manifeste ac
directe repugnans articulo
fidei de omnipotencia dei
vz credo in deum patrem omnipo
tentem Et cum scribit aug
ptinū omnipotens ē deus
sup oia opa sua / terribilis
dns et magnus vehementer
et mirabilis potēcia ipius

a V Erum quoniā in re
solucōne sua qad
uerso dictum ē q
licet deus potuit hanc pse
uacōnem hominis matris sue
fac de potencia absoluta
non tamē de ordinata Rē
qm hec non omnibus videant
sufficē / de hoc q deus id
potuit de potēcia ordinata
oz pspicue ostendi Et qm de
hijs nominibus potēcia ordinata
et absoluta diuntes a diuersis
posite sunt declarācones / copio
no quantum brevius possum
sētencias eorum pro ut racio
nabilit applicari pūt ad
pns intentum Credo q hi

discimus provenerit ex hijs qe
agunt ab hijs per quas modo
gubernatur terrenis ptatibus
Cum .n. videamus q quam
libet quia suffragia potēcia
exequendi putant sibi licere
et sepe hoc quod licet dicit
eē contra recte iudicium racio
nis / Hinc est q multa dicunt
facē posse de potencia ab
soluta que tn non de potēcia
ordinata / et vocāt ordinatam
que se ht conformit ad
rectam racōnem / que autem
excedunt limitem racionis
de absoluta potēcia dicunt posse
fieri Est .n. huiusmodi accio ab
soluta a lege communi et a
iudicio racionis / Nam si
accio ē ordinata / licet princeps
dispenset contra legem vel pui
legium concedat aut debitam
penā remittat dummodo hoc
faciat recto iudicio racionis
pp urgente necessitate vel evi
dente utilitate huiusmodi de po
tencia ordinata dicit fieri
Omnis namque accio virtuosa
dicit recte procedere a potēcia
ordinata Dic igit quidam
voluerunt transferre notalia
hec ad opa dei Et qm po
tencia dei ē sua voluntas
que inordinata ee nō pūt

auctoritates de potēcia absoluta et ordinata

Ipsa est enim regula et mensura
omnium actionum humanarum
et non econtra. Nam quicquid est con-
forme divine voluntati or-
dinatum, quod autem deviat
inordinatum esse dicitur. Hinc est
quod si reservatur habet ad iudi-
cium humane racionis. Locum in
deo habere non potest. Unde sicut
dicit apostolus Ro. xiii: Non est
potestas nisi a deo, que autem a
deo sunt ordinata sunt et qui
resistit potestati, dei ordinacioni
resistit. Ut ergo in deo hec
diffinicio possit accommodari
refertur ad iudicium sue sa-
piencie. Ita ut quicquid a deo
fit potest quod conformiter se habet
ad iudicium sue sapiencie per quam
iam ipse dicitur ordinasse omnia
que facta sunt et facienda
id est de potencia ordina-
ta, quod autem potest facere non
ab eterno in sua sapiencia instituit
ordinatum sed potest ordinare
id est de absoluta potencia
dicitur posse fieri, et quia deus
nichil potest facere nisi ordina-
te. Hinc est quod eciam illud de
potencia ordinata dicitur fieri
Sed ut distinctio habeat locum
apparet quod omnia que deus providit
se facturum dicuntur de potencia
ordinata, que autem non dis-
posuit facere, si iam prout
quibusdam apparet noviter ordi-
naret est de potencia absoluta.
Unde quantum ad futura idem
est querere si potest deus facere
aliud de potencia ordinata, quam
si providit se facturum id de
quo intrat. Quantum vero ad preteri-
ta quia nichil deus fecit nisi
quod se facturum providit. Idem
est dicere, si deus potuit facere
de potencia ordinata quam si iam
fecit. Nichil enim umquam deus
improvise sed ordinate pro-
fecit et faciet. Unde in proposito
si isto modo tamen accipitur questio
hec utrum deus potuit preservare
virginem de potencia ordinata
non dicit a parte rei utrum fuit
vel non in originali concepta.
Sunt non obstantibus inducimus
plures alii doctores extendo
distinccionem theologorum
in processu utuntur hinc videlicet
dicitur vel quod id dicitur de ordina-
ta potencia quod fit secundum ordinem
prius institutum tam in rebus
nature quam gracie. De absoluta vero quod
potest deus aut supra illum ordinem
vel alio modo. Et dicitur potencia ordinata
isto referendo non solum ad
divine sed humane sapiencie iudicium

recta tamē fide et ōpacio the
ologico ac vnctione scti spus
illustratum / Et exemplifi
catur sp̄ar in duobus / po
in hiis que aspect deum nō
fecisse ut pote aliu mdm ali
quid deus fac̄e potuit / uel
in hiis que facta sunt et tn̄
de circumstancia scti pluimū
dubitamus / ut si fac̄e potuit
aut fecit deus hominē uel
angelum in gr̄a siu codicō
ne beatum / De hiis aut
et similibus / quia nō expsse
hetur in sac̄ scriptura d̄ hꝭ
auct̄s pm huana inqsitō
petit vtrum deus potuit
fac̄e grāca an decuit / deīn
si ita fecit Et ad hc̄ inducu
rationes qntum ex lumine
natue / et auctbus sacre
scripture intoꝝ pt attingere
Ista mō loquendo dicr̄ esse
post ordinata quedā scdm
congruenciam uel attingēciā
rationis nr̄e diuine boni
tatis decencia siue congruitas
in nullo arctās diuinā vo
luntatē qn̄ possit iuste et
racionabilit̄ oppositu faciare
Licet intellectus nr̄ non possit
eque perspe gr̄a. Cor. xiiii.
oīa honeste et scdm ordīe
fiant Itaqꝫ quicqꝫ ad hone
state siue condecentia ptiet

ad d̄ ordinate fieri Unde isto
poté vero de potencia ordi
nata deus potuit btissima
virgine pseruare Idem ē
ac si mtellexit si qntū intel
huanus ōfortatus in lumine
nāli ac illustratus fide pt
attingē congruū siue conde
cens fuit ut btissima vgi
nem matrem suā a p o
deus pseruaret Ita qꝫ non
repugnat fidei et sac̄ scrip
ture / ac rationi huane sed
potius hiis dicēr̄ queritur

Hic itaqꝫ pmissis in
tentū vz̄ qꝫ deus de
ordinata potencia po
tuit virginem pseruare ne
culpam originalē ctraheret
proba̅r multiplicit̄ / po ex
politica siue morali sciencia
Constat n̄ qꝫ epikeisia est quedā
contra dic̄r vtus sup legā
lem iusticiā / est vtus que
maxime decet supmum
pncipem ciuitatē vnius
itat Equid non ita legi
est limitatus execūtor qua
parū benignus interpres iu
dex et moderator Ita ut
quido racōni indicat legem
illa in cā obseruari non debē
ipse nedum nō puniat trās
gressores / sed iubeat non
obseruari siue declaret ptutus sꝫ

Ad pbandū pmissa auctā
po qm̄ scia po
litica
qꝫ sit epikeya

ia lex dicat constituta esse
metuu suanda unde au
gus de vera religione in
istis temporalibus legibus quamquam
de hiis homines iudicent
cum eas instituunt tamen cum
fuerit institute atque firmate
non licebit iudici de ipsis
iudicare sed secundum eas Con
ditor tamen legum temporalium
si vir bonus est et sapi
ens illam ipsam consulit eternam
de qua nulli animo iudicare
datum est et sic eius inco
mutabiles regulas quid sit pro
tempore iubendum vetandum
que discernat Ex quo ad le
gis conditorem quamquam plurimum
deceat non tamen ad consueta
legis quamquam ad iudicium racionis
attendere et cum sit super legem
dictat quia iuste et racionabiliter
id facit et ordinate
dicitur facere unde quando prius
utitur epikeya quod secundum iudi
cium recte racionis operatur non
ad absoluta sed ad ordinatam
dei potentiam Est igitur
quod huiusmodi decretum diuine le
gis de pena pro homicidio tu
ad sua posteritate propter peccatum
primum dicatur esse metuum nec
propterea sequitur quod in deo qui est
summus princeps omnium sit abdicata

epikeya Et quamuis cognoverit expe
dire eam legem nequeat
interpretari quod ad illum casum
non debet extendi vel dispen
sare aut singulare priuilegium
concedere ut enim de deo dicitur
ya iiij capitulo Vnus est enim le
gislator et iudex qui potest per
dere et liberare Et enim si hu
manus princeps qui habet iudicium
racionis obliquabile habet potestatem
facere de potencia ordinata
quanto magis deus cuius sa
piencia est infallibilis ac summa
regula omnium agendorum Nec
obstat si dicatur quod quia humanum
iudicium non potest prouidere de om
nibus futuris contingentibus Ideo
conceditur quod in casu de quo pro
non prouisum est epikeya
uti possit Sed quod deus eternaliter
omnia futura cognoscat id sibi
non competit quare si sta
tuit legem absque omni exceptione
ita est seruanda hec autem est ob
iectio locum non habet Nam
ut statim probabitur multe sunt leges
quas sine aliqua exceptione
deus statuit et tamen post in
ipsis dispensauit Unde pro
batur quod iustitia legali sed de
hoc quod notissima sunt exempla
allegaciones librorum hiis
satis superque reperies Primum

Epya pro eq
stia legali

aut exempli satis accomo-
dum habet de hoc in sacro
canone biblie hester iiii
et xv c historia est quod mar-
docheus significavit hester
Regine ut intraret ad asue-
rum regem supplicatura pro
vita iudeorum ipsa non ausa
sauit se allegans legem re-
gni et dixit omnes servi
regis et civitate que subdite
eius sunt novit provincie
quod sive vir sive mulier non vo-
catus intrus atrium regis int-
rauit absque ulla cunctacione
statim interficiatur nisi forte
rex auream virgam ad eum
tetendit pro signo clemencie
atque ita possit vivere Et cum
audisset istam responsionem
mardocheus replicasset he-
ster rursus sedo sic inquiens
Ingrediar ad regem contra
legem faciens non vocata
tradens me morti et periculo
Ex hiis patet quod hec lex erat
vniuersalis comprehendens eciam regi-
nam hester prout ipsa in-
telligebat Sed cum intraret
quia apparuit putans se cor-
ruisse in legem rursus dixit ei
rex quid habes hester ego
sum frater tuus noli metuere
non morieris Non enim pro te

sed pro omnibus hec lex con-
stituta est Ecce igitur manifeste
patet quod hec lex eciam si ex
fraccione verborum videtur
comprehendere reginam tamen
per hoc conditor legis extens
vero iudicio racionis declarauit
ad eam non potendi Ita tamen lex
dicta per hoc potest infringi nam
tamen per ipsius illius fuit spere
declaratus in huiusmodi excepcione
Ex dictis postea permanere
amplius in suo vigore secundum
illud vulgare iuridicum quod
declaracio confirmat legem hec
autem plenissime videtur decla-
re materiam de regine puri-
ssima concepcione Ita ut
ex hoc constet nec dum po-
tuisse preservare ac decuisse
preservari Sed et sic fuisse De-
inde quod in lege communi penali
ubi non nominatur regina expresse
ipsa non debet intelligi quia
non pro ea sed pro omnibus
aliis est lex constituta Atten-
to quod in lege dicitur de regina
Attento eciam quod promittitur
noli metuere ego sum frater tuus
non dubium autem quod mater xpi
et hominem sit maius vinculum
quam fraternitatis Nec obstat ex-
cepcio que in hac lege ponitur
nisi forte rex auream virgam etc

hec enim exceptio habet locum
in illis pro quibus lex erat
constituta. sed pro regina
declaratum est / quod lex non
militaret adversus eam. Si-
cut ergo prout infra plenius dis-
seretur decreto legis divine
contra Adam et posteros in
suo remanente vigore nichil-
minus beata virgo potuit preservari
ne contraheret non solum con-
cedendo sibi privilegium sive
dispensationem / sed declarando
quod ad eam huiusmodi lex pena-
lis non se extendebat. Unde
si argumentum ab exemplo
in sacra scriptura dicatur validum
esse / ex hac hystoria non mini-
ma trahitur evidentia ad
huiusmodi de qua agitur exceptionem
probissima. Et enim multo
rationabilissimum apparet
quod si princeps terrenus volt et
declarat reginam sub lege pe-
nali includi non debere quan-
to magis hoc pertinet ad re-
gem celestem qui statuit a
dextris suis stare reginam
perpetuo in gloria sua. Attento
quod secundum legem civilem non
solum augustus sive impera-
tor dicitur esse solutus legibus
videlicet quod sub illis non comprehen-
datur sed augusta sive regi-
na / Tercio probatur ex scriptura

3a probatio ex canonibus

canonica in qua pontifices
pontifices ut a pluribus dici-
tur plures quam in aliqua alia
lege dispensationes. Cum multo
quia regimen ecclesie non in au-
steritate dominii sed debet
esse in habundanti clementia
gratia et libertate / Sic Petrus
dicit / Non ut dominantes in cleris
sed forma facti gregis ex
animo. Nec tamen contra canones
dicitur infringi / dispensatio in-
ut beatus Hieronymus dicit aliquando non solum
non est illicita sed etiam est de-
bita. Cum igitur summus pontifex
in canonibus non resistenti-
bus dispensationi qui dicuntur esse
a spiritu sancto tamquam a principe
superiori instituti / de potentia
ordinata possit dispensare quan-
to magis deus in lege pe-
nali et opprobriosa quam ipse
constituit potuit cum beatissi-
ma virgine matre sua ne op-
probrium incurreret dispensare /
Ceterum vero de hac scriptura canonica
cupio reducere ad memoriam
quod tanta sit differentia de personis
que sunt relationis status et di-
gnitatis ad alias inferiores
/ quod tamen aliquibus sumptis penalibus
generalibus in quibus de ipsis
specialis et expressa mentio non
fit huiusmodi persone intelliguntur
excepte. quemadmodum est
de episcopis qui intelliguntur

conceptum in forma generali sub po-
ne suspensione et interdicti
de hoc ius comune et tamen notum
quod nullus competens in hac
scientia ignorat. si ergo forma
interdicti uel suspensionis
intelligitur episcopi concepti suarum
racione dignitatis. beata virgo
que tanta prerogatiua dignita-
tis super omnes creaturas continuas
resplendet multo concepta pos-
set intelligi ab hac lege pe-
nali Quod probatur ex lege
diuina. et primo ex hiis que
facta sunt in veteri testamento
Gen. xvii. dixit iterum deus
ad abraham. et tu ergo cu-
stodias pactum meum et semen
tuum post te in generacionibus su-
is. hoc est pactum quod obser-
uabitis meum inter me et
vos. et semen tuum post te
circumcidetur ex uobis omne ma-
sculinum. et circumcidetis car-
nem preputii uestri ut sit in
signum federis mei inter me
et uos. infans viii dierum
circumcidetur in uobis omne ma-
sculinum in generacionibus uestris
tam vernaculus quam empticius
circumcidetur. et erunt sunt
de stirpe vestra eritque pactum
in carne vestra in fedus eter-
num. masculus cuius preputii

Exº lege diuina

caro circumcisa non fuerit de-
lebitur anima illa de populo suo
quia pactum meum irritum
fecit. Ecce quod hanc legem de cir-
cumcisione masculi infra octo
dies deus sub graui pena
constituit inter omnium figurae de-
cuius obseruancia alias fre-
quentissime repetitur in veteri
testamento. Nichilominus tamen ut
legitur Josue v. suspensa fuit exe-
cucio eius per xl annos
quamdiu populus israel fuit in
deserto. Hec eciam lex fuit totaliter
renouata in nouo testamento
gal. v. Similiter dispensat
deus in precepto decalogi
non furtum facies cum filiis
israel qui dei mandato spolia-
uerunt egipcios. exo. xii.
Item in lege qua deus ma-
dauit quod nullus iudeus acci-
peret sibi uxorem de nacione
gentilium dispensauit cum
propheta osee primo. Similiter et
in lege matrimonii quod a prin-
cipio in lege nature fuerat in-
stitutum. ut unius unica es-
set contentus. dispensat cum
multis patribus qui licite
ac meritorie plures habuerunt
uxores. Ad hec eciam competit
est auctoritas satis clara de
heli summo sacerdote. quod eciam
si deus tanquam inter omnium du-
raturam legem constituisset

tamen quod causa revocavit po
so ij Propterea ait deus israhel lo
quens locutus sum ut domus
tua et domus patris tui mi
nistraret in conspectu meo us
que in sempiternum Nunc autem dicit
dominus absit hoc a me sed quicumque
honorificaverit me glorificabo
eum qui autem contempnit me
erunt ignobiles Ecce dies ve
niunt et precidam brachium
tuum et brachium domus patris
tui ut non sit senex in domo
tua Ex hiis aliisque pluribus
que brevitatis causa preterivit
satis patet quod deus sic statuit
legem ut nichilominus in ca
sibus quando vult possit dispensare
quod eciam frequenter legitur dispen
sasse

Preterea hoc idem probatur
ex hiis que leguntur
de tempore legis gracie
in novo testamento Lex enim
habet amplius quam peticio requirit
quod non solum in lege cadit
dispensacio ymmo quod non ex
tenditur ad eum casum in quo
evidencia racionis obsistit
Mathei xii In illo tempore abiit
per sata ihesus sabatho disci
puli autem eius esurientes ce
perunt vellere spicas et mandu
care pharisei autem videntes
dixerunt ei Ecce discipuli tui
faciunt quod non licet facere
sabatho Et ille dixit eis

Nonne legistis quid fecit david
quando esurivit et qui cum eo erant
quomodo intravit in domo dei et
panes proposicionis comedit quos
non licebat ei edere neque hiis
qui cum eo erant nisi solis sacerdo
tibus Ecce quod ubi racio in
oppositum evidencia racionis
lex non dicitur se extendere et
pro conservanda salute corporis
licuit non observari lex enim
propter hominem non homo propter legem
factus est Et hanc racionem
prout marcus evvangelista refert
assignat salvator dicens Sa
bathum propter hominem fac
tum est et non homo propter sabatum
Et hac autem habetur quod ad re
sponsiones proficiet in futurum
primum singulare de ducatore corp
tua cum licet quod ex rapto po
natur ita quod loquendo sit verus in
nichilominus ei non contradicit particularis
quo fulcitur contrario evidencia
racionis Certa et si sancti doc
tores quorum tamen auctoritas non com
paratur sacre scripture dicant quod
solus christus conceptus est sine
originali peccato non ei contra
dicit quod virgo fuit eciam preserva
ta cum ad hoc tanta evidencia
racionis assistat Sic hic quod
non licebat edere panes pro
posicionis nisi solis sacerdotibus quia
ut dicitur levitici xxiiii erat
sancta sanctorum et tamen salva

declarauit licitum fuisse dauid
et socijs suis qui non erant
sacerdotes / Hoc idem declarat
saluator in multis operibus
et qui sanauit aridam ma
num habentem / cecum / paliti
cum et alios multos in die
bus sabathorum / ondendo
iudeis qui non habent veram
intelligenciam circa illam legem
de obseruancia sabathi con
cludens sic quod licet sabatis
benefacere / Similiter eciam in pre
senti circa huiusmodi legem peccia
lem. licuit domino bene facere
honorando vitem suam in pre
seruacione / Ex quo quando cum
dencia racionis contradicitur non
standum est verbis legis sed
sensui racionabili considerato
/ et tunc faciendo contra legem
dicitur legem potius obseruare
Est hystoria multum ad hoc
aptabilis / primo machabeorum secundo de per
secucione que fiebat per an
thiochum regem contra obseruatores
legem diuinam quo multi
ex iudeis habentes zelum le
gis fugerunt ad loca occul
ta in deserto / persequtores
autem processerunt ad eos et di
xerunt / exite et facite secundum
verbum regis et viuetis Non
exibimus nec faciemus verbum
regis ut polluamus diem sabatorum

Et concitauerunt aduersus eos
prelium et non responderunt illis
nec lapides miserunt eis nec
oppilauerunt occulta loca dicentes
moriamur omnes in simpli
citate nostra / et testes erunt
super nos celum et terra quod
iniuste perditis nos / et intu
lerunt eis bellum sabato
et mortui sunt usque ad mille
animas hominum Et dixit vir
proximo suo / si omnes fe
cerimus sicut fratres nostri fecerunt
et non pugnauerimus aduersus
gentes pro animabus nostris et iusti
ficacionibus nostris citius per
dent nos / et cogitauerunt in
die illa dicentes Omnis homo
quicumque venerit ad nos in bel
lo in die sabatorum pugne
mus aduersus eum et non
moriamur sicut mortui sunt fratres
nostri / Unde legitur ibi quod sic fe
cerunt et prosperatum est adeo
opus in manibus eorum Ex
patet quod ubi euidencia racionis
concedit licitum est legem non
obseruare / ymmo non obserua
do obseruatur / Et de hac dis
pensacione vel declaracione quod sic
debet lex iam intelligi non legitur
quod isti qui hec statuerunt ha
buerunt super hec noua a deo
reuelacione iam legem per legem consequenter

dispensacionem a revelacionem
celestem quod sic ista lex debet
intelligi / sed innitande evi
dencia racionis processerit
ad opus intrepide Atten
dendum eciam quod fecerit con
tra legis scriptum que fuerat
lex observata iam fere per
annos duos mille Ita
eciam in ma de corpore christi
quod sufficit ostendere eviden
ciam racionis Attendere de
bet eciam unum verbum huius
auctoris ubi dicit moriamur
omnes in simplicitate nostra
Unde apparet quod simplici
tas reputatur esse velle inte
lligere legem absque omni excep
cione quodque ad omne casum
extendit eciam ubi evidencia
racionis obsistat Salvator
noster docet ewangelicos vi
ros esse non solum ut co
lumbas simplices sed ut ser
pentes prudentes Itaque
oportet non solum attendi
ad simplicitatem verbi et
aliam nudytatem intelligencie
/ sed ad intrinsecum legis sive
scripture intencionem et iudi
cium racionis / quemadmodum
sola inspiracione dante eis
intellectum hy macchabei fe
cerunt / contra Jo iii scri
bitur Nisi quis fuerit rena
tus ex aqua et spiritu sancto
non potest intrare in regnum
dei Et ita videtur quod sine
aqua baptismi homo non pos
set salvari Et tamen sic dicit
ista famosissima auctoritas au
gustini Et magister allegat in
quarto dis prima Constat omnis
sentencia omnium doctorum deus
non alligavit potenciam
suam sacramentis quin eciam absque
illis possit hominem salvare
Unde si deus non allega
vit potenciam suam sacra
mentis quo dicitur eciam alle
gasse illi generacionem carna
li / ita ut non possit hominem
genitum in fervore carna
lis concupiscencie preservare de
hoc est communis doctrina fere
omnium doctorum sed specialiter sancti
thome 3 p q 27 et ar 2
Ubi tractatur ista auctoritas
augustini ad dardanum Renasci
renasci non potest nisi nascatur
Dicunt quod augustinus loquitur secundum legem
communem sed quasi per facta
non reguntur eque non prius
nati / sed deus huic legi
sacramentorum potenciam suam non
alligavit / quin aliquibus ex
speciali privilegio graciam conferre
possit antequam renascerentur
ex utero Et hec doctrina ex
presse patet ad insultum nostrorum
adversariorum / quod licet hic ponatur excep
cio nichilominus excipit aliam
intelligenciam et sensum quam quod littera

videatur quia si intelligere
sic unde resistit evidentie
racionis Item quod salvator
sic precepit apostolis Luce x Nolite
portare sacculum ne-
que peram neque calciamenta
tamen ut postea legitur in eodem
xxii declarant hec non sunt
in omni casu esse observanda
Unde dicit qui misi vos sine
sacculo pera et calciamen-
tis numquid aliquid defu-
it vobis at illi dixerunt
Dei nichil dixit ergo eis
sed nunc qui habet sacculum
tollat similiter et peram et
qui non habet vendat tunicam
suam et emat gladium
Itemque ubi unque necessitas ad-
suadet evidencia racionis
dispensacio vel excepcio
aut interpretacio legi non con-
tradicit Item apostolis dictum
fuit Nolite possidere aurum
et argentum neque pecuniam
neque duas tunicas quod autem hoc
preceptum susceperit intelligen-
ciam in episcopis qui sunt aposto-
lorum successores omnibus
notum est Item omnibus supra-
dictis auctoribus et exemplis
nullatenus dubitatur quin pos-
sit notari aliqua dissimilitudo
sed applicando ad intentum
de quo agitur quo ad sui efficaciam
ut ex illis evidenter constat

quod lex divina ubi obsistit evi-
dencia racionis recipit dis-
pensacionem aut declaracionem ad id
non extendi Item quod nec re-
pugnat ordinate potencie
dei adversus legem suam
privilegium singulare concedere
Item enim dicit apostolus Hebr. ix
statutum est omnibus hominibus
semel mori et post hoc iudicium
post tamen deus non permittit mor-
te homines simul in anima et
corpore beatificare ac immortales
efficere sicut aliqui dicunt de
beata virgine Sed efficacius de
hoc habetur exemplum per
augustinum in libro de civitate dei
matheo declarando id apostoli prima
Thess. iiii Nos qui vivimus qui
residui sumus simul rapie-
mur cum illis obviam christo
in aera et sic semper cum domino
erimus dicit non sic Quod autem
dicatur in simbolo quod ad adventum
domini vivos ac mortuos
iudicaturus non iustos et
peccatores iudicatum sic duodecies
fore putat sed vivos eos
qui in carne inveniet sed dicit
qui adhuc mortui dicuntur
vel mutandi sicut alii voluit
et suscitati continuo ut refor-
mati cum iam mortuus iu-
dicetur Ecce quod non obstante
lege ita generali statutum est om-
nibus hominibus semel mori

Nichilominus pt deus concedere
aliquibus singulare privilegi
um ut non moriantur / et in
tinseat ad gloriam corporis sic
alii omnes iusti iam mor
tui / Unde quemadmodum
exposuit doctores ista refor
macio de qua hic loquitur
augustinus a statu mortis et
miserie in statum immortali
tatis / dicetur in illis loco
mortis / 3a si deus de po
tencia ordinata non potuit
virginem preservare quod hoc esset
racione sue sapiencie que est et
na et immutabilis quod racione
iusticie ad quam ptz quod de
decus peti non remanet
sine decore iusticie / quod racione
omnipotencie non aut racione
ultimi vtz omnipotencie quod
de racione ipsius est ad omnia
se potendere spectat ad opus
miraculi vel gracie / ut ii dicit
Apostolus ii Cor ix potens
est deus omnem graciam habun
dare facere in nobis Et hoc
purissima concepcio non agitur
tur sine gracia et absque mi
raculo / ymmo quod utrumque
creditur contulisse hec magis
decet divine omnipotencie Et
non racione sed vz iusticie
quod si hinc dicitur repugnare non
est ob aliaz causas / Et quia
deus dixit se reformare ordina
cionem divine sapiencie ut patet
sz cum iam sapiencie dei in sa
cra scriptura attribuatur omnipo
tencia scilicet quod illi nullos re
pugnavit / minor patet sapiencie
viii Sapiencia dei cum sit una
omnia pt et permanens in se
omnia innovat Et in eodem c
x omnium potencior est sapiencia Cum
ergo si aliquid dicitur deus de
potencia ordinata non pos
se / hoc est racione sue sapiencie
ad quam ptz ordinare sa
piencie aut dei attribuitur
omnipotencia / ergo non repugnat
potencie dei ordinate virginem
preservare 4 4a ut communis est
doctrina religionis christiane
pt aliqua si esset singulariter
privilegiatus nemo hic sine
peccato vivit quia ut saepe augustinus
inquit / omnes tenent ad oraci
onem in qua dicitur / dimit
te nobis debita nostra Et in
in canonica inde eciam sine
dicitur quod potens est deus servare
nos sine peccato / hoc eciam sic
factum fuisse firmissime creditur
in beata virgine que sine omni
peccato vixit in omni dei puritate
Ex quibus manifeste mo
stratum est quod non solum deus
sed et quilibet princeps pt dis
pensare in lege ab eo constituta

Et tamen ex eo non debet simpliciter
infringi. quia licet deus in mul-
tis legibus ab eo promul-
gatis etiam si dicetur in eo
quod essent in eternum duraturae
nichilominus post mutavit. Et
quod singulare est quod est ibi evi-
dencia racionis contradicit
ad huius tamen. lex non exten-
ditur sic de peccatoribus factum
Unde ex premissis omnibus
manifeste patet inferri quod non
solum de potencia absolu-
ta et ordinata deus potuit
preservare virginem suam ne con-
traheret originale peccatum. Verum quod de-
cuit ex multis convenienciis
superius signatis. attento quod post
infra declarabitur ad hoc
suffragatur multiplex eviden-
cia racionum. Hec igitur doctrina
potius quam ea contradicto videtur
religiose fidei rectius conve-
nire. Nam ut augustinus dicit
in epistola ad celestem pela-
gianum melius est non esse et non
posse infinita est distancia
de quo ipse adducit multa
exempla in sacra scriptura. Et hec
doctrina confirmatur per id quod
angelus dixit ad virginem
luce i. Non est impossibile apud
deum omne verbum. Ne ut
textus manifeste innuit lo-
quebatur de absoluta sed
de ordinata potencia. Dimum

et quod salvator predicavit in-
quid omnia possibilia sunt apud
deum. Item quod apostolus scribit
Ephesios iii deo qui potens est
omnia facere superhabundanter
quam petimus et intelligimus
sit gloria in ecclesia et in christo
ihesu in omnes generaciones secula
seculorum amen et hec de
primo scolastico documento videlicet
quod deus non solum de absoluta
sed ordinata potencia potuit
beatissimam virginem suam genitricem
preservare ne originale peccatum
contraheret

Erat secundum scolasti-
cum documentum quod
decens fuit beatissimam
virginem preservari a deo ne
contraheret originale peccatum super isto do-
cumento plura dicta sunt in pre-
missis que proxime ad id
pertinent. ut ipsius accedam
premittitur unum quod cum in po-
situ deus hoc suppono pro sum-
mili deductione racionum
videlicet quod minor racio si maior
non contradicat reputetur necessaria
et quod minimum deo inconveniens
est impossibile. Et n. sic. Dic in
deo quantulumcumque minimum inconve-
niens sequitur impossibilitas. Ita quod-
libet parvam racionem si maiori non
convincitur convincitur necessitas. Est
multo attendendum quod anselmus dicit
hic quamlibet parvam racionem si ma-
iori non vincitur convincitur necessitas

Secundum scolasticum documentum quod decuit beatam virginem preservari a peccato originali scripture consideratione

Unde et si plures ex racioni
bus hic inducendis aliquibus
videantur non militare nichi
lominus sunt acceptande cum nos eo
tradiderant maiores Item
pro eo quod licet non ex vna ex
omnibus tamen simul conclu
dentibus probatur plena probacio
et integer sensus Secundo
exponendum est quid per verbum
decencie intelligat sacra scrip
tura cuius intencioni in voca
bulorum significacione oportet
amplius conformari Et dicitur
quod decencia sit quedam decor
sive congruencia ornatus in
statu cuiuslibet vltra ea que sunt
necessitatis Unde sic dicimus
quod domum dei decet sanctitudo
ps xcij et eciam xxxij quod ma
iorem natu decet plus honorari
quod est ut dicit apostolus ephesiorum v
omnis immundicia nec nominetur
inter bonos viros quod sic decet
sanctos Sic eciam dixit saluator
quod decet eum omnem imple
re iusticiam matheus iijo Et tamen dicitur
quod in aliquo est expediens sive
congruens suo statui id dicitur
esse decens Et ita conuenit di
cimus quod alia sunt que pertinent
ad necessitatem status prela
torum alia ad decenciam
sive decorem Sic dicimus
de statu militum et quorumlibet
aliorum Unum tamen dico
pro dei gracia tamquam michi
videatur quod quelibet perfeccio simpliciter
sit vnum de hiis que maxime
concederent statum cuiuslibet
Vocatur autem perfeccio simpliciter illa
condicio sive status que melior
est quocumque sibi incompossibili
Et consuetudo exemplificatur quod perfecciones
nes simpliciter sunt quemadmodum
dicimus sapiencia bonitas sanctitas
innocencia benignitas et similia
Constat enim quod status prelati
in illis et alicuius alterius cuius
cumque decoratur sapiencia innocen
cia sanctitate ac similibus
Nam hec inter decencia ad
cuiuslibet statum precipue auctorum
multum non decet prelatos esse
sanctos et sapientes Decet
in illos benignos esse Hec ac
tenus Sic premissa signanter in
vocamus que statum pro
gratiam sive gradum dicitur
obtinet beatissima virgo Et lo
quimur hic de illis que con
tinent in sacra scriptura uel cont
raria vero Et quidem ea que att
ribuuntur ad a sancto patribus sunt quod
immutabilia dicitur non virgo glorio
sa sponsa dei benedicta in
mulieribus plena omni gracia
celi regina et super omnem lau
de dignissima celi regina
et super omnes choros angelorum
preeminenter exaltata Et prima
quia virgo virginum notis
simum est quod decet eam

prerogative b v
que 4 racione
debent esse in
muneri ap
ozla

incorrupta Una quod cuius cor
ruptio longe abfuit. non dici
mus de corruptione ista que
est contra integritatem corporis et vo
luntatis per actualem consen
sum corruptione libidinis hec
est non de necessitate virginitatis nec alia
virgo mente et corpore post vir
ginem / Virginitas est in carne
corruptibili incorruptionis perpe
tua meditatio Vel de incor
ruptione sive innocentia men
tis non solum a peccato actua
li mortali et veniali sed
similiter pro omni puritate que est ad
decorem status virginitatis
Ergo constituamus duas virgi
nes. de quarum altera est vin
dex. quod hec fuit pulcra in
nocens incorrupta nec umquam
peccato obnoxia. De alia autem
videtur quod aliquando fuit sub ma
cula turpitudinis et peccati nulli
dubium quin prima dicatur habere omnia
que pertinent ad statum sive
decorem virginitatis Nec ob
stat huic si dicatur quod sacra scriptura
vocat innocentes eos qui sunt
immunes ab actuali licet fue
rint aliquando sub macula originali peccati
Eqmodo sacra scriptura loquitur de
hiis que ut communiter in omnibus
accidunt. Hec autem cum beatissima
virgo sit super omnes puros cre
aturas exaltata Nec eius alia
similis umquam fuit nec erit
oportet omnia tribuere et attribuere

eius singularissimas prerogativas
qualis est innocentia de qua
loquimur ut numquam fuit sub ma
cula et feditate cuiuscumque peccati
Et istos beatus Ieronimus vult as
sumere nomen virginitatis in
sermone assumptionis dicens
quod angelis frater est cognata virgi
nitas Et sic beatissima virgo
non fuisset preservata eius virgi
nitas non summa sed diceretur
diminuta Nam sicut anima p-
ciosior est corpore Ita virgi
mentis prefertur virginitati corporis
Cuius autem virginitas anime potest
sive corrumpi per quodcumque peccatum
mortale Et sic quemadmodum
est in virginitate corporis Ita
est in virginitate anime. Sed virginitas
corporis quod semel perdita fuit
impossibile est recuperari / Ergo nec
virginitas anime recuperari potest
medium probatur quia famosa
auctoritas Ieronimi ad Eustochium
audacter loquor cum omnia
deus possit suscitare virgi
nem non potest ruinatam valet post (suscitare)
quamvis liberare de pena sed
non valet coronare corrup
tam Item Ecclesiasticus post amo-
rem cecidit non adiciet ut re
surgat virgo israel super quo
glosa dicit sic inquit Non ne
gat posse resurgere sed non re
surget virgo / prima scilicet ob-
curans et si reportet bo-
meritis pastoris non tamen habebit
coronam gloriam cum eo qui

nunquam oberrauit Item
Hugo de sacramentis li 2
p viii c iiii Dei virgo cu-
stodi diligenter quod habes
noli in spe perdere quia me-
lior futura eris / quicquid fe-
ceris facere tamen non po-
teris quin melior esses si hec
faceres et virgo esses Item
et in proposito consummata
beata virgo post purificationem
ab originali habuisset ple-
nitudinem gratie notissimum
est quod melior fuisset si eandem
plenitudinem haberet simul
cum virtute innocentie vir-
ginum ipsa non solum virgo
sed virgo virginum appellatur
decentius fuit quod eius sin-
gularis prerogativa virginitatis
super omnes alias resplenderet
Et hoc est quod dicit anselmus in
ea famosa auctoritate de con-
ceptu virginali / que nunc placet
in hac materia consuevit alle-
gari / decebat ut illius ho-
minis conceptio de matre puris-
sima fieret Item ipse decens
erat ut ea puritate qua
maior sub deo nequit in-
telligi virgo illa niteret cui
deus pater unicum filium quem
de corde suo equalem sibi
genitum tanquam seipsum dili-
gebat Item dare dispone-
bat ut naturaliter esset unus
idemque communis dei patris et
virginis filius et quam ipse

filius substantialiter facere sibi matrem
eligebat Et de qua spiritus
sanctus volebat et operaturus
erat ut conciperetur et nasce-
retur de quo ipse procedebat
Et ex hiis auctoritatibus constat
quod decens erat beatam virginem
nitere ea puritate qua ma-
ior sub deo nequit intelligi
/ sed hec puritas innocentie
sub deo potest intelligi / quare requiri-
tur in anselmo ergo ista est attri-
buenda virgini / Preterea negari
non potest quin innocentia que
est professio sanctitatis maxime con-
decet statum virginitatis sicut
et decet statum dignitatis pontifi-
calis ut legitur de benedicto fi-
lio suo hebreorum vii Talis nos
decebat nobis pontifex sanctus
innocens impollutus segre-
gatus a peccatoribus et excelsior celis
est autem quod hec innocentia
pro ut dixi dicitur non sumitur
qua vivimus innocenter post
culpas sed prout nunquam fuit sub
peccato Item igitur decet innocentia
virginem beatam quia ut dicit augustinus
in libro de bono virginitatis
certum est et virgo est / mater
nam caput corporis mistici corporaliter pe-
perit / certum spiritualiter membra
illius corporis / in utraque virgi-
nitas fecunditatem non
impedit Item in utraque fecunditas
virginitatem non adimit /

Certe q in ista auctte apparet
virgo et celia quia vtraque
virgo et mr. Sz celia ita
est virgo q nunquam fuit
nec in ea est macula et
ruga igitur nec in bta virgi
ne. Ad consideracionem au
tem quia virgo est mater
capitis / Vnde si celia
q est mater caput membrorum
sz fidelium quia virgo est
dez nunquam fuisse corrup
tam / ergo a fortiori hoc
dez de virgine que est mr
capitis / Item de eadem
cone bn in sermone qui inci
pit signum magnum apparuit
in celo mulier amicta so
le et luna sub pedibus
eius / dt. n. sic luna in
scripturis sit defectum corrup
cionis stulticiam mentis
eciam huius temporis / Hanc
propter variabilitatem ac per
mutabilitatem istam per su
sceptum a solide splendo
rem quibus hoc modo
luna fuit sub pedibus
marie vz tam defectus cor
rupcionis qz stulticia me
tis qua eciam huius temporis
Ex ista auctte manifeste
patz propositum pro qz
dt q defectus corrupcionis
e sub pedibus eius Vnde
qz si celia huius temporis
est sub pedibus marie

et hec fuit / est qz semper
immunis ab omni corrup
cione peti / ergo multo am
plius b virgo sub cuius ce
dia pedibus Si vero dicat
quis ista pt saluari eciam
si non ponatur in ea ista in
nocencia de qua agitur
quia pregna sanctificata
fuit in ea non fuit defectus
corrupcionis et stulticia
mentis Attendendum est q
sci laudantes virginem
conati sunt eidem attribue sin
gulares prerogativas gre
que non invenimus in aliquo
quia eum super ceteros mag
nificari oportz dia competere
sibi virtutes pro omnibus aliis
et sancte quia eidem competunt
in alto gradu / quemadmodum
si dicimus de aliquo q inter
alios est sapiens vel deu
tus intelligitur vel q nullus
talis aut ipse pre aliis /
Constat aut q non esse in
aliquo sanctorum defectum
corrupcionis vel stulticia
mentis comune omnibus sanctis
nec in istis pt notari gradus
Ita q in vno e minus de
stulticia mentis qz in alio
qz nullo est in aliquo tan
igitur b virgini attribui pro
laude q luna est sub
pedibus eius / ut eligendo

per lunam ita ea super posita et quantum ad id de ecclesia nulli sanctorum competit / Oportet intelligi de defectu corruptionis vel stulticia mentis / quod summa eo modo putatur attribui in laudem virginis quod aliis non competit / Hoc dicit etiam intelligendo quod in sponsa numquam fuit peccati corruptela nec mentis stulticia contradicendo aliorum / Et hec laus attribuitur beate virgini per ecclesiam / Cum ei dicit cantat Sancta et immaculata virginitas / Constat enim quod de virginitate intelligendo morum / In nullis aliis sanctis feminis reperitur immaculata virginitas / pro eo intelligi modo sublimiori / Et de hac reddit statim racio Cum sedit / Quia quem celi capere non poterant etc.

Secundo hic idem de sua semper innocentia patet ex alio nomine quia dicitur sponsa dei Nam pro ut legitur maxime in libro Canticorum apud xpi deus sponsam ornatus pulcritudine et immunitas ab omni feditate et macula / Et si futura corruptibilis sponsam et immortalis homo deus omnibus pulcritudo et decor / quibus deus beate virginem sponsam altissimi dei / Nec valet si dicatur quod satis est fuisse pulcram pro eo tempore quo assumitur in sponsam / nullus enim dubitat quin iam amplius sue sponse sit gratia que numquam fuit leprosa / ebria aut mendax quam ita que alia huiusmodi fuit sed iam mundata est / De pe enim de priore qualitate preterito perseverat nomen / quemadmodum Symon leprosus dicitur et Magdalena peccatrix / Inde pro eo quod non solum dicitur peccatum de preterito sed de presenti locum habet ita auctoritas augustini de natura et gracia quod excepta virgine si omnes sancti et sancte congregarentur in unum interrogarentur an peccatum haberent / unde vere si dixerimus quod peccatum non habemus / ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est / Constat namque quod sancti qui sunt in celo hoc nullum habent peccatum / sed illi peccatum quod aliquando fuerunt vocantur adhuc peccatores / Quomodo deus eam quam domina est sponsa principis numquam fuisse ancillam et famulam hostis / patet / Nam sponsam principis non tantum decet se maxime liberis et nobilis

in persona Ita quod sit virgi-
na non maculata ymmo sancta Ergo b
virgo in o concepta fuit Ymmo
est dicendum quod sponsa dei aliquando
fuit ancilla et filia diaboli
quod quidem obprobrium esset permanens
nimis mentum Sic legitur
Gen xx quod abimelech rex
gerare qui ceperat saram
uxorem abrahe quando resti-
tuit eam viro suo dixit ei
Ecce mille argenteos dedi
fratri tuo hec erit tibi in vela-
men oculorum ad omnes qui
tecum sunt et quocumque per-
rexeris memento te deprehen-
sam Non obstat si dicatur
quod aliquando bellum est iniustum
ecclesia si quis deprehendatur
non efficitur filius Constat
enim quod iusto iudicio dei ob de-
merita primorum parentum filii
qui nascuntur corporis generantur
originaliter et efficiuntur filii dya-
boli quod obprobrium longe
abesse decet a b v sponsa dei
Preterea ratum decet sponsam
que semper fuit a suo sponso
dilecta vel saltem dilectam
se exhibere non habendo in se
aliquid propter quod minus debeat
diligi patet cum dilectio magis
appetitur Ephes v sit latius pre-
cipua in coniugatis decet non
fuisse omne quod retrahit
ab amore sed sel peccasse

retraheret a perfecta dilectione
ergo b virginem sponsam dei
cum dignam dilectione de-
cuit numquam fuisse odibilem
nec peccasse Cum autem sel
peccasse retrahat a perfecta
dilectione manifestum est Con-
stat enim quod omnis peccator dis-
plicet deo Sapie xiiii similiter
autem odio sunt deo impius
et impietas eius Si ergo
peccatum displicet deo etiam
et peccasse Et quia deo adest
peccata ne dum presencia et fu-
tura sed preterita Cum igitur
nunquam aliis prioribus tamen sit
gratus qui aliquando displicuit
sicut ille qui semper placuit
sequitur quod hic dignius est ma-
iori dilectione Ita si b v
per peccatum semel deo displi-
cuit non est ita a suo sponso
sic amabilis quemadmodum
si numquam peccasset Ex hoc
etiam sequitur quod ipsam b virginem
non decet sponsum perfecte di-
ligere Voluntas enim sua
tunc est recta quando conformis
est voluntati divine Sed deus
non equaliter diligit peccatores et
innocentes Ergo b v non equaliter
perfecte se diligeret si semel per
peccatum corrupta fuit quam si
fuisset semper innocens Unde con-
stat ratione peccatorum minus
quam iusti debent se diligere

quia sic nec aput cohabitant
penes seipsos digni sunt ex
dilectione / primo ut infra
probabit / nullus filius tamen debu
it diligere matrem suam sicut xpistus
virginem hanc quia decuit eam
esse omni dilectione dignam

Tercio principaliter probatur quod
appellacione ia / quia
dicitur plena gratia Unde
in sermone assumpcionis ex
ponendo hec verba inquit Et bene
plena / quia ceteris per partes
prestatur / marie vero se totam
simul infudit gratie plenitudo /
Nam et si in sanctis patribus
patriarchis et prophetis fuisse
gratiam credimus non tamen catenus
plena Secundum in maiorem tocius
gratie que in xpisto est plenitudo uel
comparacionem aliter Contra auctoritatem in
ulterius similibus quibus omnium
sanctorum fuit plena satis
concludi posset quod in beata virgine
fuit virtus innocencie Est enim do
num divine gratie et fuit in xpisto
benedictissimo filio suo Et
aut preservatos a malo futuro
sit donum gratie loquatur illi
qui preservant ne incidat ali
quod periculum et tamen nullum pe
riculum maius mortali peccato /
Attendendum est ubi tamen
quod in marie tocius gratie est in
xpisto est plenitudo venit comparacione
aliter Vnde apparet quod ex intencio
ne sua est non comparacionem marie

defuisse sicut nec xpisto filio suo
Unde quod dicitur gratia pro apparens
ubi non fuit omnis gratia sed quod
non culpa Et quod hic pro eua
cuacionem argumentacionis que fit ad
ipsius contrarium fit / quod cum maxima
gratia sit carere penalitatibus huius
miserabilis vite / fame / siti
fatigacione / et aliis multis
quo ... decuit hanc virginem
gratiam concedi quod ergo ista non
concessa non fuit Respondetur in
opposito quod hanc virginem acceptum
fuit / sed etiam omnibus hiis ...
cat in ... ipsam filio suo
in penalitatibus huiusmodi fuisse
conformem et ei non debere pre
ferri Item quod dicta auctoritate
Domini ... quia in hac virgine
fuit virtus innocencie / quia non
infunditur a deo nisi disposicionem
subiecti quam disponit ipse deus
fecit Vnde primo statim est puris
a peccato tanto disposicius ad
donum gratie Et in virgine ut
dicitur fuit summe gratie ple
nitudo ergo secundum dictum ad ipsam
dispositissimam et per consequens ab
omni impuritate remotum fu
isse aut aliquid sub peccato ad im
puritatem comparacione saltem
mito reputatur Ergo omne peccatum
est vulnus quod ipsius anime
vulnerat in carne semel vul
nerata et si recuperat sani
tatem cicatrix manet / Item

in aia xpo q[uod] p[e]c[ca]tm gr[aci]a s[ub]-
uemente non yet in meo[rum]
q[ui] non tam displiceat. q[uia]
non deerunt habundancior gr[aci]a
confert[ur] ei in quo inuenit
macula / q[ua]m illi qui s[em]p[er] fuit
absq[ue] om[n]i labe / s[ecundu]m virgo
e[st] habundantissima gr[aci]a ergo in
ea nu[n]q[uam] fuit macula

Quarto p[ro]bat[ur] intellec-
tus eo q[uod] d[icitu]r benedicta
in mulieribus / vt in-
dicat Rom[anus] in p[re]dicto s[er]mone
assumpcionis / Tu namq[ue]
es benedicta int[er] mulieres /
plusq[uam] omnes mulieres / ac p[er]
hec quicq[ui]d maledictionis in-
fusum est per euam to[tu]m
abstulit benedictio marie / Ex
q[u]o eo sequi[tur] q[uod] b[ea]ta virgo non
caruit aliqua virtute q[ue] vnq[uam]
in mulie[re] fuit / quia ip[s]a dicit[ur]
benedicta plusq[uam] o[mne]s mulieres
Constat aut[em] q[uod] eua habuit v[ir]-
tutem innocencie q[uia] sine p[e]c-
cato creata fuit / ergo licet utraq[ue]
innocens fuit in b[ea]ta virgine
p[ro] status gr[aci]e excellencior
e[st] q[ua]m status na[tur]e / Et in 1o eua
que fuit p[ri]ma in statu nature
et m[ate]r cunctorum viuencium
Gen iii hac virtute resplen-
duit / ergo multo a[m]plius hec
virtus innocencie decuit b[ea]tam v[irginem] / q[ue]
fuit p[ri]ma f[emi]na in statu gr[aci]e
seu reparatum / quod scribitur
sapie[ntie] vii q[uod] e[st] m[ate]r omnium

bonoru[m] Et inde irradiable
sic de viro in utroq[ue] statu a-
dam sc[ilicet] et xpo / quorum utr[um]q[ue]
innocens et p[ri]m[us] p[ri]ncipium
alt[eri]us nat[ur]e / et alius inc[ep]it
gr[aci]e prout infra p[ro]babit[ur] Re-
dit in p[re]dicta auct[orita]te Romani
q[uod] quicquid maledictionis in-
fusum e[st] per euam totum
abstulit benedictio marie / Ex
quo inde[tur] q[uod] b[ea]tissima virgo
immunis fuit a maledic-
cione que per euam infusa
e[st] / p[ate]t quia d[icitu]r q[uod] eam ab-
stulit / quo namq[ue] i[am] abstu-
lisset si subiacuisset ip[s]a eid[em]
maledictioni / Et q[uia] male-
dictio eue et sue poster[itatis]
e[st] racio[n]e o[rigi]n[a]lis pe[cca]ti / si b[ea]ta virgi-
nea maledictio non tangit
q[uod] auct[orita]te aug[ustini] in s[er]mone
de natiuitate virginis dicentis
q[uod] maledictio eue in bene-
dictionem mutat[ur] marie / hac
similit[er] c[on]sideracione beatus al-
fonsus sanctus ep[iscop]us et confes-
sor qui fuit circa 11 magni
an[n]i tp[or]a d[icit] sic de b[ea]ta virgine
Constat mariam ab ip[s]o p[e]c[ca]to
o[rigi]nali immunem fuisse
per quam non solum eue
mulis e[st] soluta maledictio
verum in omnibus donata
benedictio / Nullus igi[tur] p[ro]x[imus] qui[m]
nata e[st] delectio sub iacuit
n[ec] o[rigi]n[a]l[e] p[e]c[catum] in utero sanctifica-
ta contraxit / Item an[te]

in de concepcion b virginis de
bonum ad quod homo conditus
fuerat perdidit in adam et id
ipsum bonum multum excellencius
recuperavit humana natura per ma-
riam quia eius recuperavit
per eam si ipsa caruit prin-
cipali virtute que erat in sta-
tu suo scilicet puritate innocencie
ab ista namque virtute et sta-
tus retinet principalem deno-
minacionem Ex quo vocatur
status innocencie unde glori-
osus debuit fulgere saltem in
re Et sicut supra commemo-
ratum est per totum o provenit
in genus humanum ex sentencia
divine maledictionis taliter
ut quicumque nascitur cum o pecca-
to a deo est maledictus ve-
lut infidelis sibi et inimicus
Est enim filius proditoris huius
de se inclinacionem ut secum imi-
tator patrum delicti Videa-
mus ergo nunc utrum de-
cens fuit virginem beatam esse
sub maledictione ista Scribitur
Exodi xxi et levi xx et
mat vii qui maledixerit patri
suo vel matri morte moriatur
et sanguis eius sit super
eum Item prov xx qui
maledicit patri suo et matri
extinguetur lumen eius in
mediis tenebris Cum deus
ipse tulit legem istam nobis
dibus observandam Decuit
ne quod ipse maledixit matrem
suam Absit hec cogitatio

ab omni pietate fidelium
Ioh xiii salvator dixit Io x-
iii Exemplum dedi vobis
ut quemadmodum ego feci
ita et vos faciatis Hec con-
sideracio inter alias satis mo-
net ad hanc pietatem fidei de
omnimoda puritate sanctissi-
me virginis Adversus hec pot-
est obici duo primum quod deus non
dicitur maledicere parentes o peccatum
sed ipsi ex ordinacione dei incur-
runt huiusmodi maledictionem
Respondeo Ideo quod si hec provenit
ex divina ordinacione decuit
huiusmodi ordinacionem sine effectu
illius racione ad opprobria infal-
libiliter dantem ad b virginem
matrem dei non extendi Secundo
quod communis sentencia est doctorum et
habetur in 2o dist 32 quod peccatum originale licet
iniquitatem culpa non sit a deo
est tamen iniquitatem pena quod omnis
pena iusta est a deo iusto iu-
dice Cum ergo huiusmodi maledic-
cio sit iusta pena racione peccati
primorum parentum dicitur esse a deo
Et si ita est decuit ergo matrem
dei immunem esse ab huiusmodi
opprobriosa maledictione Secundo
potest obici quod auctoritates sa-
cre scripture supra allegate vere
loquuntur sed non tangunt pro-
positum Nam pro parte quo ab
illis dicitur b virginem contraxisse
p o non dum erat mater
dei et non illi iniquitatem inr

presertim ab opprobrium diuine ma
ledictionis. Quartum sextum ... op
portet considerare sicut i plenius
ostenditur. Quintum tangit ad
pnis constat quod xpc non fuit actu
aginus ornisus ab origine mun
di d' ap viii. Erat tn in p
sciencia dei et omn fidelium
credulitate. Hic ergo intelligen
dum de b virgine quod fuit mr
dei ab origine mundi. Non enim
quando carnem ex ea assumpsit
tunc primo cognouit. Unde sicut
Augustinus super 10 do de ysido
dum vel hora mea s; ut
mater sua. ceiaz ab eterno cogno
uit et elegit eam an tpa se
cularia. Quemadmodum ergo no li
cuit maledicere redemptore p9
quam venit in carnem nec ante
Similiter videtur et indecens
deum maledixisse matrem
suam. ecia antequam sumeret car
nem ex ea. Scribat equidem sa
am et futuram mrem / ad hic fat
ge amor. Dicit in sermone apostolo
declarante id ewangelij. Hoc est
preceptum meum ut diligatis
inuicem sicut dilexi vos. Di
cit quod deus non nouit ex tempore
vel magis ... dilexit sic nec
potius cognouit sed ab eterno
cognouit et dilexit. De hac
etiam habetur in iii dis 19.
Magister dug non psgm adulta
facta est b virgo incepit diligere
eam ut sponsam. Sed ab eterno

preordinauit ad tam singularem
ministerium et sic eam disposu
isse creditur cum virtute deco
ratam esse ut filio suo digna esset
vir legitur Gen xxiiii. Hec est
virgo quam preparauit dominus filio domi
ni mei / quod verbum fuit dictum
de rebecca pro ysaac filio a
brahe. Et si hanc deus preparat
filio abrahe ab eterno quanto
magis b virginem pro filio
suo. Unde intellectum intelli
gendum est quod maledixit eam
quando omnes alios ex tunc adam
progenitores. Sed credendum est po
cius accepisse eam a bra cori
omn hominum maledictione. Et
hic videtur intelligi in verbo an
gelico. benedicta tu in mulieri
bus. hoc est tu sola benedicta
es. cum alie omnes sint ma
ledicte. Et hic verbum sic ex
ponitur a multis doctoribus.
Non enim dixit angelus benedic
ta tu in hominibus quia licet ipsa
sola non fuit maledicta sed
benedicta in mulieribus non tamen
in hominibus. Quia in hominibus
xpc verus homo fuit benedictus
Ab ista ut maledictione peti
originalis exceptus.

Quinto probatur intentum
ex eo quod quemadmodum
ecia canit ecclesia b
dici omni laude dignissima
laus n et vituperand dicitur
compositio propter vicia et de
fectus. Magis omnis qui habet

duplex vicium dignus e gemi-
nato vituperio et si plura
vicia h(abe)t in se dignus e vitu-
perio multiplicato Ita similiter
est de laude / in quo enim due
virtutes resplendent honoran-
dus est duplici laude Cui
n(on) desunt aliqua virtus non
attribuitur eius laus competens
illi virtuti nec convenit dicere quod
huiusmodi laus solum competit
racione virtutum quas ho(mo)
suo acquisivit exercicio Constat
n(on) quod virtutes quas salvator ha-
buit a primo instanti sue concep-
cionis nunquam acquisivit sua
operacione sed a deo sibi fuerunt
infuse Nec tamen propter
id minori dignus est laude
Gracia namque sive ab exercicio
sive provenit a dono gracie
reddit hominem de se lauda-
bilem Ita de quacumque alia
virtute Cum igitur certa constet
de b(ea)ta virgine quod e omni lau-
de dignissima Consequen-
ter dici quod nulla virtus sibi de-
ficiat Cui enim aliqua virtus
desit non est dignus omni
laude / sed b(ea)ta virgo non sola
digna sed dignissima esse
dicitur omni laude / ergo omnes virtutes
in ea resplendent Et quia
innocencia precellit inter omnes
virtutes ergo velud in b(ea)ta virgine
hec enim ut supra commemora-
batur maxime e de numero pre-
virtutum que cunctis decantat

statum Preterea sic laus
est nunquam peccasse ita
e vituperium peccasse aliquando
Sed vituperium cum perfectissima
laude stare non potest / ergo in
b(ea)ta virgine que e omni laude
dignissima nunquam fuit pecca-
macula / Item omnia que ad
laudem pertinent debent attribui
virgini nisi sinistrum contrarium d.
Cuiusque humanitatis post omnia verbi
minus e ad laudem eius red-
dens racionem sui dicti / quod di-
vinis e et angelicis laudata
preconiis Constat autem quod se
fuisse innocentem et nunquam
deo abhominabilem non parva
laus sed magna est / ergo debet
eam attribui virgini Nec va-
let si dicatur quod summo laus e b(ea)te
virgini fuisse conformem cum aliqua
alia persona sui generis sic
legitur de filio suo Heb. ii. quod
per omnia debuit fratribus assi-
milari argumentum trahitur
secundum responsum quod debuit
assimilari in omnibus / peccatum
autem non est de numero omnium / quod
nichil e et sine ipso
factum e nichil / id est peccatum
quia peccatum nichil est / et nichil
fuit homines cum peccant Vn-
de licet debuit assimilari
in omnibus non tamen in peccato
quia e nichil Item debuit
virgini per omnia assimilari et
tamen nunquam fuit subiectus peccato

virginali sic omnes fides sui-
sunt quod dicitur de beata virgine
Preterea nunquam laus stat cum
summo vituperio / sed summum
vituperium est peccatum quia pro
eo debentur eterne maledictio-
nis supplicium Mat. xxv. quod
racione peccati nunquam competit
alicui laus / Sed quedam repu-
tantur laudabilia apud quosdam
que apud alios maxime sunt
obprobriosa sicut comedere carnes
hungaris / Unde quid sit lau-
dabile aut vituperabile hoc solum
debet penes illud iudicium re-
putari quod nullatenus potest
errare sicut est divinum iudi-
cium / Constat autem quod divino
iudicio peccatores maledicti sunt
De viro xxxvii et ps. 96 / quod
licet quod apud alios peccatum
reputetur laus hoc nunquam erit
verum simpliciter / Si ergo aliquis
opponat hanc deductionem
vacuum non esse estimandam
quia fundatur super talibus insuf-
ficiencia Non est ecia cum
simpliciter et absolute quod beata virgo
est omni laude dignissima
Sed subiungit status causam d.
quia ex te ortus est sol iusticie
Christus deus noster Itaque non prophete
intendit in beata virgine fuisse
immensam omnium virtutum mul-
titudinem Sed quia dignitas
habet propter ypostaticam unionem
cum deitate excellenciam
est gloriosior hinc est quod omni

laude dignissima dicitur Sed
regina propter excellenciam sui
status laudabilissima dici-
tur tamen si careat aliquibus per-
feccionibus virtutum que flo-
rent in aliis mulieribus virgi-
nibus / comparacionem satisfacere
non videtur / hec namque racio-
sit quod reginali statui debetur
honor non tamen corpore laus que
simul non stat cum vitupera-
bili vicio / Unde sic attribuen-
do omnem laudem beate virgini
quia mater dei est / si ita se habet
sicut quod adversario dicebatur / quod non
repugnat divine maternitati
simul cum culpa existere
de sua prima racione dignitas
maternitatis divine non inclu-
dit omnem laudem / Immo nec
quia ut dixi potest stare cum
culpa / etc. Sed mater dei et om-
nibus carebit virtute quod non minus
reputatur inconveniens Ergo
erit multo racionabilius dicere
quod sic esse reginam et non lau-
dabilem eo ipso monstrare care-
re virtutibus ad statum reginalem
pertinentibus Similiter et de episco-
po si caret ad officium pastorale
virtutibus requisitis tamen
si verum est dicere quod huiusmodi episcopus
iuxta doctrinam apostoli prima Thi-
mo. non solum est irreprehensi-
bilis sed est omni dignissimus
laude / tunc sequitur quod in eo sunt
omnes virtutes que ad necessitatem

ac decenciam illius status
pertinent / Et si aliqua ei de
ficeret non diceretur omni lau
de dignissimus / Unde non
ex hoc quod est episcopus sequitur ergo est
virtuosus et omni laude di
gnus / Sed si est episcopus et omni
dignissimus laude / tunc ma
nifeste datur intelligi quod nulla
illius natura sive condecens sibi
deficit / Ita etiam de regina
si est omni dignissima lau
de dicitur in se continere virtu
tes ad statum huiusmodi pertinentes
Cum igitur cantat ecclesia de beata virgine
quod est omni laude dignissima
quia mater dei non est intel
ligendum quod de regina
vel episcopo qui tenent dignitatis
statum sed carent virtutibus que
condecent illum quod immo
est omni laude dignissima
quia mater dei hoc est quod in se
continet omnes virtutes que conde
cens est ad tam singularissime
excellencie dignitatem / Ideo
pro quocumque tempore fuit verum di
cere eam matrem dei esse pro
eodem enim fuit asserere in ipsa ta
quam non indigna sed digna
matre dei resplendere omnes virtu
tes que tante dignitati con
decet / Si autem concepta fuit in
originali ut quidam asserunt non
verum sit dicere quod semel ca
ruit virtute innocencie sed quod semper
caruit / Hec enim semel perdita
est irrecuperabilis / Unde tunc non
valet sit racionabile dici

quod est omni dignissima lau
de quia nichil dei deficiente
sibi proximissima hac virtute
Itaque manifeste apparet quod
ista dictio causativa quia quod
te ortus est sed et non est
que precedentem clausulam destruat
vel diminuat / verum omni lau
de digna / immo ex hoc quod
ista causa redditur multo plenius
confirmatur propositum / cum non
deceat matrem dei domine nulla
careat virtute / immo congruum quod
mater dei est iustum esse dicatur
quod resplendeat omni perfectione
virtutum etc.

Secundum probatur intellectus
ex hoc dicitur quod dicitur celi
regina / Omnis enim pre
rogativa et excellencie decor
quod potest ad aliquem statum spectare
reperitur in inferioribus decenter immo
messe ei qui supremum gradum
in eo tenet statu / Sic enim dicimus
quia papa est primus ac summus
episcoporum / quicquid potest ad decen
ciam status episcopalis et reperitur
in inferioribus episcopis multo decencius
esse in statu papali / loquor
autem de eo quod utrique est commune
non autem de eo in quo differunt
assignatur / Reperitur etiam com
parative decenciam in milite
et in rege / Cum igitur beata virgo
dicatur esse regina celi de
cens est quod in ipsa resplende
at omnis prerogativa dignitatis
que reperitur in inferioribus
statuum palam autem ipsa erat

est et ad decorem p(er)tz tam
regalis q(ua)m militaris status
Constat aut(em) q(uod) in angelis re-
pitur h(uius)mo(d)i p(re)rogatiua q(ui) f-
fuerunt innocentes nunquam
subiecti macule aut feditati
p(ec)c(a)ti / ergo in b(ea)ta v(ir)gine eo q(uod)
regina mu(n)do dec(et) resplendere
h(uius)mo(d)i p(re)rogatiua / Vnde dic-
tum e(st) Hec p(re)rogatiua fuit
in pa(tr)ia illius circa ac in p(er)-
sone qui dicu(ntur) sub ea milita-
re / q(uia) non dec(et) reginam
gracie fuisse aliq(ua)ndo ream cul-
pe et angelorum d(omi)nam fuisse
demonis vnq(ua)m ancillam et
ab eo ad p(er) pc(ca)t(u)m oppressam hu-
iusq(ue) obprobrium de oppressio-
ne regine Reges quidem su-
stinere non p(ossunt) / Vnde Hester
vii legimus de rege assue-
ro q(uod) cum vidisset Naaman
sup(er)stratum in lecto ubi Hester
regina iacebat ac detestissimo
furore indignatus dixit Eciam
reginam vult iacentem opprime-
re p(rese)nte in domo mea / Vnde
statim ob h(oc) eum mandauit
suspendi / Si ergo h(om)o morta-
lis pati non potuit q(uod) p(ri)nci-
p(is) dilectis suis assisteret lec-
to regine suspicatus ne vel-
let eam opprimere / Quanto
magis decuit regem regum
et d(omi)n(u)m d(omi)nanciu(m) p(re)seruare
reginam sponsam suam ne
a dyabolo inimico suo vnquam

fuisset oppressa / Vnde q(uia) ab
h(uius)mo(d)i dyaca oppressione
p(re)seruata non fuit v(ir)go re-
gina celi p(ro)p(ter)eas fidei c(on)-
suetudinis h(uius)mo(d)i audire mul-
tum abhorret

Septimo h(uius)mo(d)i decla-
ra p(re)seruacionis probat(ur)
ex eo q(uod) b(ea)ta v(ir)go dicit(ur)
exaltata sup(er) omnes choros
angelorum / Vnde allegat
mag(iste)r Simarum in ii° dist(inctione) ix
inter angelos constituta e(st)
superioritas ordinum p(ro)p(ter) c(om)parac(ione)m
ad excellenciores p(re)rogatiuas
gradus dignitatum ac p(er)-
fectionum / Ita q(uod) o(mn)is v(ir)tus
ac p(er)fectio que rep(er)it(ur) in angelis
inferioris ordinis ita est multo
maiori gradu in ordine sup(er)-
p(ri)mo / Vnde p(ri)mus angelus
superioris ordinis h(abe)t omnem
v(ir)tutem et p(er)fectionem quam omnes
angeli inferiores et eo eciam
alcius / quia p(ar)ticipat eam gradu
altiori / Ita eciam iux(ta) com(mun)em
sentenciam doctorum homines assu(m)unt(ur)
ad illos ordines angelorum
qui in se habuerunt statum
et v(ir)tutes quib(us) ill(i) resplen-
dent / Si ergo b(ea)ta v(ir)go sup(er)
omnes choros angelorum dicit(ur)
exaltata / oportet q(uod) omnes v(ir)-
tutes p(er)fectiones ac p(re)roga-
tiue angelorum in ip(s)a re-
splendeant / fuisse aut(em) sep(er)
innocentes et absq(ue) peccato
angelorum p(re)rogatiua e(st) singularis

Ergo decet eam veluti in b-
enigne que presidet dia super
angelorum ordines univer-
sos / Nec obstat huic con-
sideracioni quod idemtitatis ra-
cionis ad sanctos non possit
extendi qui licet fuerint su-
perato tamen super aliquos an-
gelos et inter alios collocati
Constat enim quod licet multi no-
tabiles defectus sic circa in-
feriores status / tamen statum
supremum plurimum obfuscat in-
mutis etiam quamque defectus
sic in magis perfecto quemadmo-
dum in perfectissimo persona
non tamen apparet defectus et
nescientia non tantum in sacer-
dote cuilibet quam in summo pon-
tifice imputatur / Verum b-
eata collocata sit super omnes
illas intellectuales naturas
que se resplenduerant inno-
cencia et puritate innocen-
tissimum apparet quod ipsa carebat
huiusmodi innocencia ¶ ut
legitur Apo xii Cum mi-
chael Archangelorum prin-
ceps ac ceteri strenuissimi
milites illius celestis au-
le duro certamine preliati
sunt cum dracone dyabolo
et sathana et angelis
suis apostatis triumph-
antes quam insignem victoriam
deuicerunt eum de sua sede
qua ipsis omnibus preside-
bat Non videretur quod

super eos omnes sedet maria
que supra fuisset aliquem et an-
cilla sui antiquissimi host-
per eos a beata suprema sede
in terram prostrati / Unde huic
consideracioni Bernardus super cantica
sermone xvm qui incipit Ole-
um effusum nomen tuum dicit
de isto lucifero sic potuit cogi-
tare si tamen non incredibile
putetur plenum sapientia et
perfectum decore hominem prescie-
potuisse futurum et non impa-
rem gloriam cum angelis
perfuturos / sed sciuit absque
dubio in dei verbo vidit et
inuidit et molitus est habere
subiectos suos / dedignatus
inferiores nec non debere
esse consortes nec equales in
gloria Et hec eadem est sententia ex-
clamationis in sermone de Colla-
tione s. bap. quod mulier an-
gelos de celo prostrauit / Ita
quod si tam excellentissima
fuit beatitudo huius mulie-
ris quod ei plurimum angelus inui-
dit sue excellencie / incredi-
bilissimum est intelligi nullam
eius capacem est in ea defensi-
se statum / Unde et sic dico
aliqui doctores subtilius sa-
cre scripture profunda rima-
tes dixerunt hoc fuisse cau-
sam quare dyabolus in paradiso tem-
ptare prius accessit ad temptan-
dum feminam / inviderat

namque quod ei possidere debuit, co-
que a principio voluit infirmare
genus humanum estimans
quod de potestate umquam filius
dei assumeret carnem. Ipse
ut dicit sedere ad dexteram
dei patris secundum humanitatem
quia potiora patris possidet
bona. Item beatus Hugo cum tan-
quam regina dicatur sedere a de-
xtris filii, videtur quod sit in potio-
ribus bonis patris filii nul-
lumque eidem concederet. Absit.
Puritas aut ab omni macula
careat nisi potissima bona.
Ergo videtur quod hac puritate beata vir-
go resplendeat. Unde Anselmus
in tractatu de conceptione beate vir-
ginis: O domina, est equale
nichil comparabile. Omne enim quod
est, aut supra te est aut infra
te est; quod supra te est solus
deus est, quod infra te est
est omne quod deus non est. Et
Bernardus in sermone: Signum magnum
apparuit in celo, mulier amic-
ta sole et luna sub pedi-
bus eius et in capite eius
corona stellarum duodecim.
Hec est, beatus Hugo, que sole perhibetur
amicta, quia profundissimam
est et divine sapientie ultra quam
credi valeat penetravit abys-
sum et quantum sine personali
unione creature conditio pati-
tur illi inaccessibili vi-
detur immersa. Attendens ergo verbum

quantum sine personali unione etc.
Unde non mirum si cogitata
et aliis multiplicatis sententiis
quibus multi doctores
habuerunt sufficiens mo-
tivum ad hanc piam doc-
trinam de preservatione ab
o. p. Unde Anselmus quod convenie-
bat, excepto quod ipso deus
non est personali unione
sed filius, sicut omnis excel-
lentia et prerogativa que
que in filio potuit resplen-
deret in matre. Et hoc supra
dicebat. Dominus quod in ma-
nam venit totius [illegible]
plendo que in ipso fuisse dicitur.
Item Augustinus in sermone
nativitatis virginis: Cuius potuit
in huius [illegible] vel carne lo-
cus ex virginum quod ad ce-
li vires continentis omnia domini
templum est effecta. Hec
est vera domus de qua
per Salomonem dicitur: Sa-
pientia edificavit sibi domum,
excidit columnas septem.
Septem namque virginis huius
domus columnis fabricata
est, qua veneranda his in-
dicitur spiritus sancti donis do-
nata fuit, quibus carnem assumeret
inestimabile pretium salutis
humane. Quid dignius virgi-
ne, quid sanctius in humani
generis semine potuit reperiri.

Notandum ē v̄bum quod po
tuit in huiꝰ mā esse locutꝰ vi
ciorum Item qd̄ nichil di
gnius et sanctius potuit po
rriri in hūano semīe Unde
dicitur cōz quātum ad sanctitā
pro adequare Constat em̄
qꝛ vt est ex humano semīe
vz ex purissimis sanguinibꝰ
v̄ginis Item Ans in oro
nibus ad v̄ginē benedicta sup
oīs mlīes que anglos mē
tis puritate, sanctos supas
pietate, anhelat moriundo
spūs meus ad tāte benigt̄
respectum, sed erubescat ad
tāti ītoris cōspectū Certe cla
rissima auet Nam si b̄ v̄go
angelos supat mētis purit̄e
et illi sp̄ fuerūt innocētes
nunquā subiecti culpe, igr̄
nc̄ b̄ v̄go que ios d̄ supāc
mētis puritate culpe vnquā
subiecta fuerat, qui n̄ peccō
aliqui fuit supare pot inno
centē in aliqua aā v̄tute
s̄ nunquā in puritate qꝛ ista
sibi deficit, et in eo in quo
quis deficit non pt̄ aliud su
pare Sic indoctus licz possit
supare sapientē in hūilitē
et castitate in sapīa tn̄ non
pot qꝛ ia caret Ita ergo si
b̄ v̄go caruit innocētia
et puritate quo in hīs
angelos pt̄ supare Unde si
mō doctinā Ans angelos
supat mētis puritate vide
qꝛ semper pura fuit et nū
quam subiecta culpe Ex p
missis iam euidētissime
pz qꝛ non solum decētissimo
decētissimum fuit qꝛ deus
pseruaret mr̄ē suā ab o
culpa ut esset in ea sūma
mētis v̄ginitas nūquā per
pctm̄ corrupta Decet deo gra
tissima sponsa Nunquā
odiosa s3 sp̄ xp̄o dilecta
plena oīm v̄tute et grā
benedicta plusquā oīs mli
eres, nc̄ a filio suo maledcā
obprobriose. oīm dignissima
laude, nā sibi nūquā defi
ciente v̄tute, Vere celi regīa
nc̄ vnquā diabolo subia ab
eo corā oculis sui sponsi
ignominiose oppssa, Unde
quēadmodum sup oīs
angelorum choros exalta
ta preminētia sedis Sic oīm
excellentia prerogatiuarum
q3 maxime puritate mēt
Nam cum ipa sordibꝰ purit
creaturā oīm pfectione reple
deat nā pfectio simpl̄r cuius
ipā capax sit dicat sibi de
ficere Et quia innocēcia mēt
bz̄ nūquā fuisse in cul
pa est pfectio simpliciter

sequitur quod semper in ea fuit
et per consequens non contraxit cul
pam originalem / est enim sibi
impossibile Nam si hec sibi de
fuit non dicitur habere omnia
que pertinent ad statum perfectis
simum omnium creaturarum quod
in ea perfectio aliqua scilicet inno
cencia deficeret que reperitur
in infinitis aliis creaturis
videlicet angelis Pro quo ne
ergo ultima / hec secundum scola
sticum doctorem sic de
ducitur (Iustum est filium
ad minus omnipotentem tribuere
matri quicquid pertinet ad decenciam
status sui inter omnes crea
turas simpliciter / sed christus filius
beate virginis est ad minus omnipo
tens ergo tribuit ei quicquid pertinet
ad decenciam status sui / patet
hoc quia ut scribit Math. in
[illegible] decet omnem iusticiam
implere Constat autem quod gracia
que maior est nunquam peccasse
fuisse a filio maxime ma
trem eiusdem statum / ergo hec
filius eius tribuit quod si ita est
nunquam contraxit culpam
[illegible] vult procedere opposite no
tis ad precedentes Nam
innocencia i. nunquam fuisse
in culpa et in odio dei qua
maiore decet ad statum [illegible]

Nec est attribuendum tantum ob
sequium ipso non concessisse
matri sue quicquid decens esset
ad statum sui Cum iustum
esse videatur et ipsum decet
omnem iusticiam implere Est
hoc est iustum ac decens / quod
et oppositum est indecens / Nam
aut deo indecens aut re
putat impossibile Cum autem
hic loquimur de iusto prout
id aut opponit immo est
de iusticia / prout est dive
bonitatis condecencia non autem
prout est mitorum exigencia
hoc non immo non licet asserere
quod iustum fuit omnem nigrum
hominem sic fuisse innocentem
Nam ut ipse hoc primo non
meruit nec alius nisi condignum
Ad Christi modo Non opponitur
iusticie //

Accedit iam tercium do
cumentum opponendo
scilicet quod deus debuit
beatam virginem matrem suam
preservare ab omni culpa Et la
hoc omnino debet una doctrina
magistri in 3a distinctione 3 non
dicitur deo propre convenire
tamen ut ipse ibidem declarat et
euidenter trahitur ex sacra scrip
tura debet in deo dici per
attribui / pro quo promisse et
significato ipse in spontanea

3m documentum scolasticum

Debet dici deo per attribui

voluntate non habens alicuius
indigenciam / quia bonorum
meorum non eget satietatibus
voluntatem patris sui sine
obseruantibus diuina manda
ta promisit se daturum vi
tam eternam Math xix et pro
Unde dicit quod suis sanctis debet
deus dare etiam mercede
Sed aut debitum venit ex
promisso non aut ex commis
so / quia nichil datum est co
missum est ei racione cuius
teneatur tamquam ex debito aliud
pro alio reddere Vnde apostolus
Ro xi Quis cognouit sensum
domini aut quis consiliarius eius
fuit aut quis prior dedit illi
et retribuetur ei Ideo dicit
quod debet deus suscitare corpora
mortuorum quia ipse dixit se
hoc facturum Item quod
2o deb' debet venire ad finale iu
dicium Alio dicitur deo com
petere hoc debitum debere quando
exigencia racionis dictat deum
aliquid debere facere De hoc
est auctoritas in re test. ysa v
Quid est quod debui vltra
facere vinee mee et non
feci Item in no heb yo
nusqm n angelos apprehen
dit deus sed semen habrahe
apprehendit Unde debuit per
omnia fratribus similari ut misericors
fieret Isto ergo dupliciter modo
assumitur hic debitum debere

in hoc meo documento Et
videatur hic modus disserendi
a proximo declarato ut ita
ut re congruenciam notet hic
aut quod exigentem euidenciam
racionis Est igitur secundum inten
cionis dicere quod deus debuit
hanc persuasionem facere quia
de hoc mencio fit in sacra scrip
tura que nunquam potest esse falsa
Et tunc in ista actione huius
materie fuerunt adducte auctoritates
super hoc sacre scripture numero
xxx sed ad ipsas post ex ad
uerso quod superfluum esset recitare
ne sperere visum fuit / Dicendo
quod non erant ex literali sensu
sacre scripture Nunc aliquis
ex eius oportet repetere omnino quo
dexipie prophecia intentum erat
ex literali sensu / Item quando
ex tunc fuit in medium posita
supposicio quedam / quod ex solo sensu literali
sacre scripture potest trahi
argumentum efficax ad destruccionem
errorum et faciendum fidem de
rebus dubiis in materia theologica
probanda ex auctoritate dionisii
quia symbolica theologia non
est argumentatiua Item
Augustinus in epistola contra vin
centium donatistam ut scias
quo augustinus hic non asserit ita
clare / auctoritas sua est ista in
forma Quis aut non impude

uitat aliquid in allegoria
positum pro se interpretari
nisi habeat et manifesta te
stimonia quorum lumine illu
strentur obscura. Hec autem
ipse Aug. dicit invehendo contra
Donatistas qui dicebant eccle
siam esse solum in af
frica et non penes alios qui
erant in aliis partibus mundi
interpretando pro se id quod
scriptum est Cant. 1o. Indica
Indica mihi quem diligit anima
mea ubi pascas ubi cubes
in meridie ne vagari incipiam
post greges sodalium tuorum
Dicit n. quia istud est alle
gorice dictum et ipsi pro se
non allegabant aliud testi
monium in re aliqua certo
que impudentissime nitebantur
Ecce hec sunt verba et intentio
augustini in predicta epistola que
licet non tamen in expresso continue
ant dictarum suppositionum super
hoc non est immorandum tamen
quia sic dictum est in prima al
legatione multa disputatione
discutiendum est ut accuratius
perveniamus in finem / tamen quia
in scola theologica habetur velut
communis regula, licet non ita genera
liter / multa n. dubia theologica
determinantur evidenter rationibus
etiam si non existet ex auctoritate

sacre scripture / sed contra dispu
tatio locum habet nisi quantum
ad ea que probantur solum
ex sacra scriptura. Esto igitur
quod ita se habeat quod ex solo litera
li sensu sit efficax argumentum
producens difficultatem, potest
stare quis sit sensus literalis
sacre scripture. Et quantum ad
hoc quia in isto puncto quasi
maxime videtur fundari radix
totius materie / veritas exigit ali
quid plenius dicere / quis et
si unus aut multi vel secundum
intentionem cuius actoris esse dicatur
sensus literalis / et ideo circa hoc
sunt duo dicta unum certum et
aliud dubium. Certum autem
est istud iuxta communem sententiam
doctorum specialiter augustini de
doc. xana vel 1o. quod ille est
sensus literalis sacre scripture
quem auctor principalis intendit
sic in v libris legis mosa
ice id est sensus litteralis quem
Moises intendit in libro psal
morum quem david et in li
bris aliorum quem ipsi prophete
Et ratio est quia creditur quod
hii auctores illustrati a spiritu
sancto et non ex proprio indi
cio hec scripserunt. Unde dicit
beatus petrus in sua ii canonica
c. i. hoc primum intelligentes quod omnis
prophetia scripture propria interpretatione

non sit Non enim voluntate
humana allata est aliquando
prophetia sed spiritu sancto inspira-
ti locuti sunt sancti dei ho-
mines. Secundum dictum
dubium quod venit ad de-
clarationem primi est istud quod
ille sensus dicatur esse de in-
tencione auctoris et principaliter
litteralis qui ex scriptura illius
auctoris elicitur consideratis
omnibus partibus eius Ita quod
ad habendum sensum litteralem
eorum que scripta sunt per
Moysen sufficit legere
libros ipsius nec oportet legi
alios libros canonizatos
quia sensus eorum que ab
uno auctore vel propheta predic-
ta sunt non dependet ab hiis
que post vel ante alius
prodixit Sic dicitur quod ad ha-
bendum sensum doctrine
Aristotelis sufficit legere libros
omnes quos ipse composuit
nisi fortassis aliorum libros
eciam necesse legere inquantum
de illis facit mencionem
Unde error sequebatur quod sensus
litteralis sacre scripture non potest
esse nisi unus ille scilicet qui est
ab eius primo auctore solum
intentus. Hoc dictum et
si primo videatur sufficienter
declarare de sensu litterali habet
tamen gravem dubitacionem

Videmus enim in novo adduc-
tas esse aliquas auctoritates
ex veteri testamento non ad eundem sensum
qui ex circumstancia scripture
illius auctoris habetur sed ad
alium satis distantem ab eo
ut apparet Johannis xix
ad literam autem cum venissent
ut viderunt eum iam mor-
tuum non fregerunt eius crura
sed unus militum latus eius
aperuit lancea. Et infra facta
sunt enim hec ut scriptura im-
pleretur os non comminuetis
ex eo. Constat autem quod sensus
litteralis huius scripture prout
habetur Exodo xii est de agno
paschali ne ossa comminuerentur
eorum que scripta sunt in libris
Moysi habetur in sensu ad quem
ab Evangelista huiusmodi auctoritas
inducitur. Unde si solum ex
sensu litterali illo dicta essent
efficacia probacio Constat quod
tunc probacio ab evangelista
dicetur invalida esse. Cum
ergo hoc nullo modo dici posset
sequitur quod sensus litteralis sacre
scripture non solum est ille
qui ex circumstancia scripture
illius auctoris patet hoc. Item
paulus apostolus i Cor ix
volendo ex scriptura veteri testamenti pro-
bare quod evangelizantibus debetur stipe-
ndium adducit auctoritatem que
scribitur Deuteronomii xxv Non

alligabis os boni tituraui
Et ita circumstancias illius
scripture ad propositum id non
videtur facere Vnde de eo quod
scribitur ij Re vij Ego ero
illi in patrem et ipse erit michi
in filium Constat enim quod
circumstancie littere in predicto
loco ac in tercio libro regum
viij Et paralipomenon xvij et x
xviij Sensus litteralis qui
ex intencione auctoris illius
sacre scripture patet hebreorum j est quod
auctor debet intelligi de Rege
Salomone filio dauid Et
tamen apostolus allegauit eum
epistola hebreorum j tanquam dic-
tum de christo filio dei salua-
tore nostro Similiter est de multis
aliis ut de ia de vtero vocem
prophetam suscitabit vobis deus
de fratribus vestris etc. quod ex sensu
litterali auctoris patet solum
dependere dicitur ex circum-
stancia illius scripture intel-
ligitur de Josue vel alio
iudice post istum Et tamen
petrus apostolus allegat eam
tanquam de christo actuum iij c.
Ex premissis igitur
videtur illud posse
quod non vnicus sed
sit multiplex sensus
litteralis sacre scripture Tamen quod
hic indistincte asserere est in-
mis periculosum Maxime
Sensus litteralis sacre scrip-
ture non est tamen vnicus sed
multiplex racione rei significate

posset obici quod nunquam ex sen-
su litterali sacre scripture est
efficax argumentum Cum
medium cuiuslibet argumentacio-
nis oportet quod sit vnicum et non
multiplex et sic diceretur
quod arguitur in equiuoco pro eo quod
quilibet de capite suo vellet
eidem scripture alium sensum
apponere propterea intel-
ligere aliquorum doctorum
qui in hac materia ex animo
insistere Vnde dicendum
quod vnus sit sensus litteralis sa-
cre scripture quem auctor ip-
sius principalis videlicet spiritus
sanctus intendit Patet quod spiritus
sanctus non per se sed per subiecta
creaturarum nobis pronunciat
sacram scripturam et sensum
illius id est dicere ex sensus
litteralis sacre scripture quem
intendit spiritus pronunciator
id est si de quo circum est quod non
scripsit ipse sed fuit a spiritu sancto lo-
quutus siue ille pronuncia-
tor sit primus actor illius
scripture siue alius qui eodem
spiritu loquutus fuit legenti
siquidem libros psalmorum
manifeste patet quod multa ibi
reuelantur de sensu eorum que
in libris regum inuenisse
per angelos malos propter hoc
Ps. lxxvij Misit in eos iram
indignacionis sue Vndi

gnationem et unam tribula
tionem et immissionem per
angelos malos Hec aut vir
aut nugella elicitur tamquam
euidens ex omnibus que scripta
sunt per moysen et ita est de
multis aliis Similiter videmus
quod alie prophete et auctores
sacre scripture multa ex da
uid dictis allegauerunt in scriptu
ris suis. Similiter apostoli in no
uo allegauerunt auctores ex ue
te Et quia non minus certi
sumus quod spiritus sanctus lo
cutus est per ipsos apostolos quam
per primos auctores siue pro
nunciatores sacre scripture
Hinc est quod non solum intelligi
esse sensus litteralis quem pro
ut ex tenore ipsius scripture
auctor illius intendit, sed etiam
ille quem intendit pronuncia
tor illius de quo sumus certi
quod fuit locutus per eum spiritus
sanctus Dic. ii. dicit apostolus
prima Cor. xii. Omnes sunt
potati eodem spiritu qui sunt me
bra eiusdem corporis et ipsi
apostoli professus quia acce
perunt primicias spiritus sancti vtrum
Quintum forte et eundem
sensum ille primus auctor
qui eodem spiritu erat potatus
intendit, vt augustinus dicit de doc
xpiana li. iij / sed esto quod ipse
intenderit potius inten-

disse. s. s. Dicit apostolus doce
videtur Primo Cor. ix. Cum non
dixisset dispendium euange
lizantibus debitum ait Numquid
secundum hominem hec dico an
lex hec non dicit Scriptum
est enim in lege moysi Non
alligabis os bovi trituranti
Et quia poterat dici quod non
probaret, quia ille non esset
sensus litteralis dicens quod
ille sensus esset ex intencione
auctoris subiunxit Numquid
de bobus cura est deo non
dixit moysi qui fuit auctor
scripture sed deo qui est principalis
auctor scripture, Unde sub
dit an propter nos utique di
xit nam propter nos scripta
sunt Ergo igitur patet quod et si sensus
litteralis dicatur esse ille quem pro
auctor ipsius scripture intendit
tamen quia oportet attendere ad sensum
principalis auctoris scilicet dei
non sufficit videre que ab ip
so assertore solum scripta sunt
sed etiam que ab omnibus illu
strium est quod eodem spiritu fuerunt
potati Verum est tamen
quod si sensus litteralis dicatur
solum esse ille qui est historia
tus aliquibus videtur sufficere
inspicere solum scripturam
illius auctoris, Utique pos
set fieri differencia istorum

inter sensum litteralem et hy-
storicum / Sed quia prout patet
ex libris Regum et parali-
pomenon hystoria in diversis
locis differenter narratur etiam
ad plene habendum sensum
hystoricum oportet inspici alios
auctores sacre scripture / Ad
hoc similiter est exemplum in
novo testamento actuum vii Et enim
angelus erat is cum quo lo-
quebatur Moyses in monte
Synai non videtur habere ex-
plicite ex libris Moysi Sed
declaravit hoc beatus Stephanus
nus in dicto capitulo (Itaque
ex predictis manifeste constat
non esse unius scripture pe-
nitus esse sensus litterales / Verum
Quoniam cum in dicta scriptu-
ra ex paucis verbis plures
intellectus veri et catholici
habentur / illum diligamus
maxime quem constat scrip-
torem sensisse / vel quem
non impedit circumstantia scrip-
ture si conveniat cum sana
fide quam false quam sana fides
prescripsit / Dicitur in maxime
videtur pertinere ad meum propositum
intencionis de conceptione
virginis absque peccato originali
enim quod illum intellectum debemus
sequi quem sana fides prescrip-
sit Et constat quod iam maior
multitudo fidelium hoc te-
nuit et asserit a tanto
tempore diutinitate que plus
quam sufficit ad inducendum
prescriptionem / et ad hoc pro-
positum recte adaptari
potest canon De consecratione dis. iiii
ex adverso inductum ubi
dicitur quoniam non aliter
intelligendum est quod ait
apostolus per hominem unum
intravit peccatum in mundum
et per peccatum mors Ita et
in omnes homines pertransiit
in quo omnes peccaverunt nisi
quemadmodum ecclesia catholica
ubique diffusa semper intel-
lexit Cum ergo sic se ha-
beat quod ecclesia catholica ut appa-
ret ex antiqua celebratione
festi conceptionis beate virginis
ex communi credulitate fere
omnium xpianorum que sepe ab initio
cio crevit in magnis intelli-
gebat beatam virginem fuisse con-
ceptam absque originali peccato Et
sub hoc respectu et nomine
solemnitatem suam venerantur
satis evidenter constare videtur
quod habet esse sensum sacre scripture
iam sana fides prescripsit
Constat enim multa hodie
pertinere tanquam de necessitate
ad fidem que olim pertinebat

pe edicionis dicti decreti fidei .n. ut habetur in iiijo dis 26 crevit in quatuor vz in maiori cognicione articulorum quantum ad constantia et devocione Tercium igitur sensus literalis sacre scripture dicitur esse ille quem sancta fides prescripsit Quartum autem concepto .b. virginis festa fuit comune sed a maioris partis omnium fidelium romanorum fidei Quinto quod huiusmodi sensus est diligendus Probatur quia non unus sensus tantum sed plures sint sacre scripture, patet ex doctrina sancti thome inducta ex adverso, ipsidem quoque 2o viij ar xiiij qui dicit quod auctor principalis sacre scripture est spiritus sanctus qui in verbo sacre scripture intellexit multo plura quam expositores sacre scripture distinguant Item dicit quod non est inconveniens quod homo qui fuit auctor instrumentalis sacre scripture in uno verbo intelligeret plura, quia prophete ut dicit super ozee ita loquebantur de factis presentibus quod etiam intenderent futura significare Sexto omnibus iam dictis manifeste patet quod divina scriptura

non tantum unum sed plures literales sensus veros et catholicos habet Septimo ad intelligendum quis sit sensus literalis in aliquo passu sacre scripture oportet recurrere ad totam eius continenciam inspiratam Item non tota sit revelata ab eodem spiritu sic ad habendum intelligenciam alicuius doctoris in uno passu multum proficit inde cum in aliis ubi de eadem materia loquitur Octavo quod et multo amplius notandum est quod totam sacram scripturam inspirare ad habendum sensum perfectum in quocumque eius passu Nonum quia omnes auctores eius locuti sunt uno eodemque spiritu, quod non sic constat de alio quocumque etiam sancto doctore qui potuit errare scribendo, et non sumus certi quod fuit loquutus eodem spiritu semper Unde augustinus 2o de doctrina christiana erit ergo divinarum scripturarum solertissimus indagator qui primo totas legerit notasque habuerit, et si non dum intellectu iam tamen lectione duntaxat eas que appellantur canonice, premissa atque de sensu literali dicta sunt prius inducta fuerunt, et

Litteralis sensus sacre scripture est quem de ipso ecclesia asserit

intelligam quod sensum litteralem sacre scripture illum esse quem auctor principalis principaliter, videlicet spiritus sanctus, intendit et quem pronunciat per ora illorum de quibus constat quod non voluntate humana sed spiritu sancto inspirati fuerunt loquuti. Nos quoque certi sumus quod in eo nullatenus erraverunt.

Unde applicando hoc ad intentum ponitur dictum quod ille etiam dicitur esse litteralis sensus sacre scripture quem spiritus sanctus pronunciat per os ipsius ecclesie. (Ideo quoque si ecclesia contentione fundans se innititur auctoritati sacre scripture ad aliquid probandum id ad quod inducitur dicitur esse sensus auctoris illius.) Patet hoc primo quia non minus certi sumus quod ecclesia regitur et illustratur a spiritu sancto ita quod non permittit eam errare quam quod mens cuiuslibet prophete. Credimus namque de eis quod et si non erraverunt potuerunt tamen errare sicut aliqui erraverunt, ut in scriptura que reputantur canonice. Sed in ea dicitur psalmista David fuisse et alios plures auctores sacre scripture qui non fuerunt in gratia confirmati ita ut non possent

errare aut peccare. De ecclesia autem credimus quod nunquam erravit sed nec errare potest saltem in fide secundum omnes. Est enim eius auctoritas etiam fundata super firmam petram. (Item Johannis xiiii: Ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum, spiritum veritatis quem mundus non potest capere et sic mentem sequi quod nunquam poterit. Luce x: Qui vos audit me audit. Et Mathei x: Non estis vos qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.) Item propter quod unumquodque tale et id magis. Sed unus illam famosam auctoritatem Augustini contra Manicheos: Ego vero evangelio non crederem nisi me ecclesie catholice commoveret auctoritas. Ergo ipsi ecclesie magis credendum est. Et si evangelio non creditur nisi ecclesie auctoritas commoveret idem est in epistolis. Item in credendo quod id est sensus litteralis sacre scripture ad quem apostolus in suis epistolis inducit. Quare sequitur non dicitur esse litteralis sensus quem de ipsa scriptura ecclesia sancta affirmat. Hoc etiam dictum patet ex postea conclusio quod in ea posita est premissa, scilicet... videlicet quod exponere

Qz nullus absqz diuina reuelacione
asseret spiritum sanctum non intellexis-
se aliud sensum in sacra scriptura
qz ipse dicat hec

et interpretari sacram scripturaz
in passibus dubiis pertinet
ad scitiz ecliam probatur
ex auctoritate Io xiiii paracli
tus autem spiritus sanctus
quem mittet pater in noie
meo ille uos docebit omnia
et suggeret uobis omnia
quecumqz dixero uobis
Item xvi capitulo dicitur docebit
uos omnez ueritatez

Quis autem hoc tante
presumpcionis fecit
qui in hiis que plex
sunt racionem dubitandi
audet asserere quod ille solum
est sensus uerus sacre
scripture quem ipse asserit
nec actor ipsius qui spiritus sanctus
alium unqz sensum habuit
de illo passu Attendendo
pro quod quamdiu indiuis durabit
eciam ab altissimo doc
tore suo vz spiritu sancto nouas
continue suscapit purgaciones
illuminaciones et perfeciones
attingendo nouerit et plenius
fidei et sacre scripture mul
tarum noticiam ueritatum
Unde considerandum foret
si et quis absqz speciali diuina
reuelacione in multis pas
sibus obscuris eciam hec as
seret vz quod spiritus sanctus nichil
aliud per illam scripturam
quam ipse exprimit uoluit

intelligere bene et aliquando
diligencia ac maxima per
scrutacione discussione
apud plures fidelibus sensum
sacre scripture sz non imperet
inconueniam spiritui sancto dicere
quod aliter non possit intelli
gi Sepe enim ut proxime dic
tum est in uno verbo plures
sensus intelliguntur quare quis
quis hoc predicans audebit
asserere quod aliquis passus
sacre scripture aliter quam ipse
a refert non possit exponi
Attento eciam scito quod angeli
de celo quantum est de naturali
intelligencia ipsius absqz
speciali reuelacione ut in hoc
audet asserere considerandum
est Et tamen in angelis sunt
sex quorum in nullum uel
saltem ita habundanter de
communi cursu in hominibus reperi
untur Primum est condicio spiritualis
nature que est uelut speculum
quoddam clarissimum in quo
relucent species intelligibiles
omnium rerum creaturarum Et
sic uniuersi excusi fuerant doctores
a primo sue creacionis habuerunt
inditas species omnium creaturarum
Unde minimus eorum habet
maiorem cognicionem quam unqz
habuit maximus phylosophus dum
in viuentibus vite quod fe

a Sex excellencie condicionis
ante supra humanam
noticiam quarum eciam que
profitet in cognicione

sunt sex milia annorum a
quo creati sunt usque totum
biblie computando Et quia
testante Iob 12 In antiquis
est sapientia et in multo tempore
prudentia / multo ex anti-
quitate proferunt hominibus
in cognicione Tercium est
continuitas doctrine Quia ab
inicio sue creacionis nec ab-
sorti potus a sompnus nec ab
occupacionibus quibus homines
a consideracione retrahuntur
in ipsis fuerunt / Unde licet con-
tinua continue consideracionis mul-
tum proficiat ad incremen-
tum scientie / angeli at nedum
ex consideracione eorum que
in se ipsis sed eciam ex hiis
que in hominibus cognoscunt
manifeste superat scientiam homi-
nis in corpore Quartum est
lumen divine glorie Nam
ab inicio sue creacionis beati-
fico lumine illustrati sunt ple-
ne beati / quod quidem lumine talium
rerum noticiam prestat quod beatus
Gregorius de ipsis dicit quid est
quod non vident qui videntem
omnia vident Quintum est
supernaturalis revelacionis quasi
continua influencia Quia an-
gelis mediantibus deus ut plurimum
cetera revelet hominibus secreta
sua ipsis etiam prius quam hominibus

sancte dei revelare habet
multa aliis revelat que per-
tinent ad operaciones suas
Sextum est quia continue
a superioribus in inferiores
fiunt usque similiter Dionisii
et omnium fere doctorum pur-
gaciones illuminaciones et per-
fectiones quas sic in se haberi
nos fieri notissimum est Ex
hiis manifeste patet quod si stanti-
bus omnibus supradictis in
continuum universitas angelorum
et singuli ex ipsis multa
nescirent diu et continue no-
va adiscant / quanto magis cum
ex omnibus constat pre-
de novo multa et plenius
scire vera In singulis autem
hominibus ipse consideraret quanto
amplius hec ipse est ipse
notum Tercia igitur continue
per sanguinem illuminari et perfici
novas veritates intelligendo
et antiquas veritates de novo
plenius Quemadmodum
angelus prodixit Danieli xii
ca. cui Daniel claude ser-
mones et signa librum usque
ad tempus statutum pertransibunt
plurimi et multiplex erit scientia
Et subditur insipientia porro docti
intelligent Circa quod dicitur
multiplex erit scientia manifeste datur
intelligi quod non solum unus

sed possunt esse plures sensus
eiusdem scripture. Cum sacra
solum sit verorum, quia non
fatur nisi verum. Ubi ergo
multiplex potest esse sententia sacre
scripture. Videtur quod si sacra
ubi prophetia dicatur, quod multiplex
potest esse eius vera intel
ligencia. Nec tantum in pro
phetis qui precesserunt sed
etiam in prophetis qui erunt
in ecclesia dei usque ad finem
mundi, quos Christus ut apostolus ait
ascendens in celum consti
tuit in opus ministerii in edi
ficacionem corporis sui. Unde
Crisostomus super Mat
xi tractans lex et prophete
usque ad Johannem, quia inquit
prophecia de Christo non erit
Doctores ecclesie sunt prophete et interpretes scripture. futura post eum ad. et
prophete fuerunt et sunt et non
sunt qui prophetaret de Christo, sed
qui interpretarent ea que
de Christo ab antiquis fuerant
prophetata, id est doctores
ecclesiarum. Nec enim quis potest
prophetas interpretari sensus
nisi per spiritum prophecie.
Ex quibus quod in ecclesia conti
nuo est prophecia non que
de futuris aliquid nouum p
nunciet sed que interpretatur
que ab antiquo prophetata sunt.
Tercio quia in huiusmodi prophe
tis ecclesia nouas determinac

a capite suo recapit purga
ciones illuminaciones et perfectio
nes. Et sicut hec confirmata
est in noticia veritatis fidei
ita quod non potest errare, me
rito etiam possidet supremam
auctoritatem declarandi quis sit
sensus sacre scripture. Et ideo
sic videmus plurimas esse
factas determinaciones per
ecclesiam inducendo ad id auctoritates
novi et veteris testamenti que tamen
ex circumstanciis litterarum
non videbantur prime ad eundem sensum
ad quem in proposito per
ecclesiam inducuntur, sicut de
duobus gladiis qui erant in cena
domini quod per eos intelliguntur
due iurisdicciones, et de
gladio quem iussus est petrus
in vaginam reponere quod sit
iurisdiccionem temporalem et est ad
nutum ac in potestate pape. Licet
circa preterire exempla de mul
tis aliis que in officio ecclesie
ad alium sensum quam in origina
libus reperiantur inducuntur, sicut
ecclesia dicit de Johanne baptista quod de
ysaia ac Jeremia dictum est
in pluribus sacre scripture
locis, et de petro summo
pontifice, quod sacra scriptura
dicit de Aaron summo sacerdote
ecclesiastici xlv. Item licet preterire
multa que in huiusmodi officio
ecclesie per ecclesiam asseruntur

de quibus michil in sacra
scriptura reperitur aduenerunt
que si quispiam publice predi-
caret minime forte non ob-
esset a iudicio fidei. Ex
hiis igitur patet non superfluum
esse respondere ad auctoritates
que ex sacra scriptura predicte
inducebant ad probandum
de omnimoda puritate sanctissi-
me virginis. Dicebatur enim
quod ex eis non esset argumen-
tum efficax quia non erant
ex literali sensu sacre scrip-
ture. Sed si ita est quod ecclesia
ipsarum aliquas inducat ad
laudem beate virginis non mi-
nus videntur ponderande et ap-
preciande quam si aliquis pro-
phetarum ipsarum uel sanctorum
doctorum ab ecclesia approba-
torum nominando beatam virginem
illas dixisset / quod enim si Augu-
stinus uel alius quicumque
sanctus doctor si allegat ex-
ponens auctoritatem sacre scrip-
ture tanquam de virgine ap-
pareret et oporteat respondere.
Non tamen si ecclesia allegat
a qua ipse quomodocumque habet auctoritatem
competit non videtur esse
minus responsionem racionem
Quando sancta mater ecclesia
uno eodemque spiritu qui in pa-
triarchis prophetis et apostolis
resplenduit illustratur et
regitur. Idcirco ad auctoritates

illas quas ecclesia super hec
inducat merito debet attendi.
Est etiam attendendum quod si ille
acceptatur tanquam sit sensus
literalis sacre scripture / quem
Petrus de Palude Nicolaus de
Lira Gorra et alii multi
expositores biblie asserunt / quanto
magis ipse dicitur esse literalis sensus
ad quem eo modo quo statim
exponitur ecclesia adducat auc-
toritates biblie in testimonium
laudem uel singularis mi-
sterii ex intencione hec per
ipsos proditur. Consequitur enim Gre-
gorium. Item Damasum papam
uel sanctos alios quos alicubi
per quos ante tempora istorum
uel in parte aut in totum of-
ficia ecclesiastica ordinata sunt
non esse minoris auctoritatis quam sit
sensus quem dant expositores literales
sacre scripture. Item ad quod dicitur
est esse literalem sensum sacre scrip-
ture ad quem ecclesia ipsarum in-
ducit satis responsum est
dicendo quod ecclesia easdem auc-
toritates inducit ad laudem
multorum sanctorum ut sic
quod sancti tot sensus literales. Et
quod sacra scriptura sepe non
ad probacionem veritatis sed ad
decorem inducit. Ideo vide-
tur inducendum quod ipse sit literalis
sensus ad quem auctoritates varie
frequenter inducuntur / licet

sedem

difficillimum sit hic resolu
te loqui / quod tamen dictum est
de auctoritate ecclesie in expositione
sacre scripture videtur quod
quod tunc habeat locum quando ipsa
aliquid finaliter diffinit sicut
in decretis Conciliorum vel
aliis diffinitionibus que per
sedem apostolicam fiunt et ab
ecclesia acceptantur Sed si ecclesia
auctoritates sacre scripture ad lau
dem dei . b. virginis et alio
rum spiritu sanctorum quandoque ad
ducit in officio ecclesiastico quod in
missa vel alias in horis ca
nonicis publice et alibi in toto
religione xana divina seu
anniversaria solemniter quandoque
fere ab origine nascentis ecclesie
cantatur / nec unquam sancti et
alii sacre theologie doctores in
suis scriptis illis contradixe
runt ymmo eas in suis operibus
ad idem propositum allega
verunt Et quod amplius in fa
cie ecclesie cum universis populi
veniunt ad divina conveniunt
communiter recitantur / nec ab aliquo
publice contradicitur communiter
non tamen ad ornatum sive
decorem sed in testimonium
probacionis laudis vel anno
ministerii huius auctoritates du
rante omnibus convenientibus indi
cessatur hic per ecclesiam ap
probari velut si promulgata

Libri ecclesie sunt maioris auctoritatis quam originalia sanctorum doctorum pro duci ratione

esset auctoritativa diffinitione
Cupio in hac re tamen cum
potius audire quam dictare
Dico tamen quod libri ecclesie
quorum usus est in cottidia
no officio celebri alicuius vel
aliorum quantum ad id quod in eis
reperitur conformiter apud
universas ecclesias religionis chri
stiane creduntur esse magis
approbati esse maioris auctoritatis
quam multa opuscula doctorum
que approbata nuncupantur Et hoc
duci ratione / probo: in huius
opusculis auctoritatis probacionis
fulcitur ex epistola unius summi
pontificis illorum vero auctoritas
per tot Concilia et summos
pontifices approbata esse censetur
per quod mandatum est missas
et officia eorum iuxta canonicum
ordinem celebrari / hic ex
sacrorum Conciliorum uniacum
aliis in decreto xxi sessio
nis eorum intelligitur approbasse
hoc Constat quod de horum
librorum usu et continencia
communior et evidencior certitudo
est in ecclesia / Iam enim verum in
omnibus librariis mundi reperiuntur
hec autem in quolibet ecclesia pro
villagio Ex quo videtur quod
tenent permaximi viri etiam
ad eorum multo expressiorem
noticiam Unde multo sunt
fundata que continentur ibidem

Euidencia probacionis per auctoritates sacre scripture est duplex

per magna veneracione
Quia igitur sic premissis pro
declaracione quinte esse dicat
sacre scripture litteralis sensus
Est eciam unum premittendum
de qualitate modi procedendi per
auctoritates sacre scripture Et ad
hoc declarandum adducam id
quod Nicolaus de lira supponit
questione in quo disputat utrum
per scripturas veteris testamenti a Iudeis
receptas possit probari in
carnatum Christo in lege et pro
phetis promissum iam esse
completum Dicit enim quod eui
dencia sive efficacia probacionis
potest intelligi dupliciter Uno modo quod sit
tam efficax probacio quod non
possit euitari sine euidenti
negacione vel contradiccione
scripture predicte Et isto modo
dicit quod non potest probari Nam
ut dicit de hoc misterio clarius
habetur in novo testamento sed tamen multi
fuerunt heretici qui nega
uerunt deitatem in Christo et huma
nitatem Confitendo nichilominus
veras esse omnes ad hoc induc
tas auctoritates novi et veteris testamenti sed
per quasdam extortas pos
tillas et exposiciones salu
abant eas Alio modo potest accipi
ut dicit efficacia probacionis
per scripturas sic quod scriptura
possit exponi salue ad cre
dendum absque contradiccione
manifesta Tamen simpli
citer loquendo non potest exponi sine
sic quin semper appareat exposicio
fidei catholice racionabilior Et
isto modo bene potest probari
Item dico in proposito nostro est enim
ut supra dictum est hec materia de
preservacione concepcionis sanctissime
virginis non est de hiis que
expresse et omnibus eui
denter sub specialibus terminis po
suit in sacra scriptura vel de
terminacione sive approbacione ecclesie
Item nec eciam est de hiis que
cadunt sub necessitate absolu
ta quod impossibile fuit oppositum
esse sicut est materia de omnipotencia
sapiencia et equalitate simplicitate
perfectione dei Trinitatis generacione
verbi et processione spiritus
sancti Nam sic impossibile est deum
non esse omnipotentem et omnis
cientem Ita non esse patrem et
filium et spiritum sanctum et filium a patre
et spiritum sanctum ab utroque non procedere
hec autem cum sit opus ad extra
procedens a dei spontanea
voluntate que pro racione est
contingencie Manifestum est
quod non potest demonstratiua racione
probari Item eciam non sit
de hiis que obiciuntur ad sensum
vel ipsi per euidenciam tamen
assentit intellectus ut possit intel
lectus nota animari Hiis quoque
conuenientibus apparet quod difficilium

sit nāria racōne posse pri
deducendo ad immediata
et inenasibilem gtradiccōz
Et n per additus oppositi-
nes postillas et modificacio-
nes aliquas subterfugii ali-
quibus potit locus eē Virum
pt probari sic̄o Ita qp fac-
ta cōparacōne ad materias
et auctes pro utraque parte
potit euident probari indi-
cari qp huiōi posicō de sp-
ulacōne / b/ primus a cōtradic-
tione ꝯ pti sit magis cō-
ueniens racōni nec repu-
gnans ymmo cōueniens
fidei atque sac scripture uel scto-
rum doctrine Et istos legis
factas cōn omīs determinaciōs

Ecclie auct est in hiis que non nccio ex sac scriptura eliciuntur

Non n ecclia cōuenit ad de-
terminand eē uera que expres-
se hent in sacra scriptura
Nec ad illa que ex ipsis ele-
ciunt nccio et in quolibet arto
omibus tanz doctis qz rudi-
bus euident noto Et eni se
omes id cōfitentur ut quid
cōgregarent tamqz sup du-
bio Vz ecclia cōuenit sup
cōclusionibus quarum occasio
non hetur expresse in sac
scriptura // nec qp ex ia nccio
sequitur euidencia ē omib
nota Ecclie namqz multo
maior credulitas auctas de-

a fidelibus debetur quam naturali
a' logico vel philosophi Quapropter
non credi' il omnibus euidenter
constet verum eē quod dicitur
Ecclie aut crede debemus etiā
si id qd ecclia asserit non cog-
noscamus eē nccio verum uel eui-
dent / si namqz alicui credimus
quia racionabiliter non illi cre-
ditur sed racioni / Nobis aut
articulus fidei ē sciētiz ecclie
credere (Utraque etiam ... ut va-
leat tantum qp determinat scita eē
Unde si ecclia michi aliud de-
bet determinare il qd omibus
constat nccio eē verum euidenti
racione (Tamen ego in quo gitur
ad ita dicet credi ecclie. Quin
ymmo dicet qp non est sz racioni
Credere namqz ē firmiter adhe-
re rebus sine ua cum dubio
ex auctate dicentis Unde te-
nem̄r ecclie credere ut dum in
hiis que ptinent ad fidez expli-
cite vel implicite id ē que
sequitur ex sac scriptura nccio
et inodinabili argumento q-
lis ut aliq dicunt ē auctas
sctorum doctorum que in hiis
que sunt parcendum uz qz al-
non sequitur ex cōtentis in
sacro Canone uel tum in
gma pli (Vnde aut pti-
pue uniuersaliter ecclie declaratur
qp quis sit due pones pbables

eligit alteram contrariis quarum
ipse iudicat probabiliorem
sic habetur in simbolo Cleme
tinarum de infusione virtu
tum in baptismo quod ecclesia tam
quam probabiliorem eligit
alteram partem. Similiter fuit
qui determinant de non rebaptizando
per ereticos baptizatos. Ad
quod prout patet ex doctrina augustini
in multis locis epistolarum suarum
non allegabantur nisi raciones
que non probabantur hoc re
putaverunt non minus cogentes
et ut autenticas suscepit
ex illis una que continetur in
epistola ad paulinum. Et sic
id membrum masculi semel
non est circumcisum circumcisi
onis. Ita nec aliquis duos
baptismos. Dicit enim sic quod si in
carne circumcisi hominis non
inveniretur locum ubi circum
cisionem repeteret quia unum
est illud membrum multo magis
invenit locus in uno corde
ubi baptismus non repetatur.
Ideo qui duplicare baptis
voluit necesse est omnino ut corda
duo requirat. Hec enim
racio probabilis facie videbatur pluribus
despectibilis. Et tamen quod ista
cum aliis multis in forma
ecclesia determinat. Ita etiam
pro, ut infra clarius deducetur.

ecclesia se habuit eliminando
aliquos errores qui in sancte
contra bellam regnare

**Ex posito quis et quam
multiplex sit litteralis
sensus sacre scripture**

Item de modo probacionis
accedit nunc ad principale in
tentum videlicet ad ostendendum
quod auctoritatibus sacre scripture pro
batum sanctissime virginis ab
omni macula originali. Et
inducuntur auctoritates scripture
quas quod de ipsa dicebat in
telligi ecclesia quod exordio sue
originis semper affuit. Prima
est xxiiii numeri. Orietur
stella ex Iacob et consurget
virga ex israel et percuciet
duces moab etc. Exponit
autem quod hec auctoritas non solum
intelligitur de christo sed etiam
ex circumstancia littere intelligi
de beata virgine. Stelle autem
proprie proprium est lucere. Dicit
namque ut apostolus prima ad cor
xv. stella enim differt a stella
in claritate. Illud autem
in quo aliquid differt ab alio
intrinsece in eo consistit et id
est sibi proprium. Unde si stel
la in se non est lucida de
sinit esse stella. Si ergo beata
virgo prenunciata est quod esset fu
tura velut stella oportet dici
quod in ea fuit claritas semper
et per consequens nunquam obscuritas

vii auctoritates sacre scripture per quas probatur de sancta concepcione beate virginis

sine macula o pctī Et at
tendendum ē verbum qd
dr oritur stella Unde
appz qꝫ a pmo sue origis
competit sibi claritas tanqꝫ
stelle / Bene aut aliquorꝫ
sanctorum virtutes et alio
rum condiciones compantur
stellis / sz istoꝰ ut credit
de quo vis dictum no ipi
Unde aut ē ipsa vi Ysaie
dicitur virga de radice yesse
et flos de radice eius as
cendet / que aucs eam sic
precedens imd sfm pphecie
et exte dicit de b virgine
Et quia ipa dicit virga / in
virga aut denota rectitudo
virgo id pnt plim / virga di
rectionis virga regni tui / sic
vide qꝫ nequaqꝫ in ea fuit
o pctm / Sm Ambro pnt
allatum reperitur in smoe
de Gabriel Dt hec est
virga in qua nec nodus orl
nec cortex vernalis adpe
suit Et hic simo tale aucts
et notabile ē qꝫ augꝫ eum
allegat ꝉ in 2o lib cōn pe
lagianum Item similiter
in hac aucte considerād
est verbum egredie vbi
euident notatur / qꝫ a pro
suo egressu sive ortu de
buit ee in ea tangꝫ in virga
recto Tercia aucts ē qꝫ
in ps lxxxvi Nunquid

syon dicet homo et homo
natus ē in ea et ipse fun
dauit eam altissimus hec
sūt imd sfm pphe et exte
intellige de b virgine Et
sic in pmissis aucts / Ita
etia in hac attendend ē qꝫ in
et ipse fundat eam altissi
Concordat n cum pdictis
vz qꝫ ipa · b · virgo a suo inicio
fundamentali dr ee spalit
opus diuinū Nam qn sacr
scriptura de pna aliquꝫ speci
ficat in bonū etia si utatur
vbo comi sz ibi intelligitur
vel ex mō opacionꝫ ad alis
aliquid speciale in quo ab
aliis notetr differre Unde
in pnti aucte que loqr de b
virgine dē qꝫ ipse fundauit
altissimus Dz ista fūdatio
concepcionꝫ sue in vtero debe
bat ee mō coi cum aliis et
quod fundacōꝫ ipsius pro sigo
singulari pcia expssꝫ Un
ergo hic positum sit tanquā
insigne pconium laudis sue
vz id ee tale per quod ab aliis
intelligebat differre Ideo
aute racionabilit dr esse
diuini concepcionꝫ ab omibꝫ
aliis Ita ut hec sola de nūo
om qui sīalit ppagant in
sua concepcione fundata sit
ab altissio absqꝫ o pcto

Quarta auctoritas est Gen. iii quando maledixit deus serpenti. Inimicicias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius. Ipsa conteret caput tuum. Ista autem secundum exposicionem multorum doctorum ac inductionem ecclesie intelligitur de beata virgine. Unde si de ipsa pronunciatum est quod contereret caput serpentis id est dyaboli, videtur quod nunquam illi subiecta fuit. De multis namque sanctis legitur quod vicerunt hostem malignum sed quod non fuerint capti illius unde quia hic tanquam pro singularissimo preconio ad laudem beate virginis hic exprimitur oportet intelligi id etiam singularissimo modo intelligi equidem fuerit in utero sanctificata. Et quia hec sanctificacio communis fuerat aliis multis non videtur satisfieri autem exponendo solum de sanctificatione. Ut ergo dicendum quod in ea fuit hec sanctificacio excellencior quam in aliis non prout dicitur usquequaque etiam non est sed argumentum a posteriori convincitur quia decuit eam habere super alios sanctificatos quandam prerogativam. Et hec specificatur quod sanctificata fuit statim post conceptionem in originali peccato. Cum in aliis non sit. Sed Ysaias et Jeremias paulo ante nativitatem et baptista per tres menses ante. Sed Maria statim. Hec vero non tam solide fundantur. De Ysaia et Jeremia dicitur in scriptura non exprimitur tempus sanctificacionis. Sed de Jeremia scriptum est Jer. i. Priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires de vulva sanctificavi te. De Ysaia autem xlix dicit: Dominus ab utero vocavit me de ventre matris mee recordatus est nominis mei. Et infra: Et nunc hec dicit Dominus formans me ex utero servum sibi. Ergo verbo autem dicit formans me ex utero servum sibi videtur quod amphibologice quod dubia etiam eius sanctificatio ut potest quod a prima formatione in utero sit factus deo famulus spirituali modo. Et vel quod non acceptus sit in oculis quod nullus assit etc. quod immediate a primo instanti sanctificatus fuit. Formacio enim licet possit referri ad certe tamen congruit ad plures passus in sacra scriptura videtur se tenere cum primo etc. vel prout communiter. Et ex hoc si beata virgini de attribuitur prerogativa sanctificacionis super eum si idem in primo instanti actualiter post primum sanctificatus fuit statim vel quod beata virgo ad maiorem gaudeat prerogativa caruit totaliter omni culpa. Et primo instanti fuerit sanctificata

De hac vero compilacione s-
pientis loquitur beatus in presenti
sermone Dignum magnum re
sit dicens Insipia vero lege
sub pedibus marie et pe-
nitus absit hec ab insipia
mulierum mundo et collegio
virginum fatuarum / ymmo vero
ut ymeus id est stultus qui uero
imitatus ut luna sapiam
perdidit in decore suo sub ma
rie pedibus conculcatus et
contritus miseram pati servitu
tem Nimirum ipsa est quondam
a deo promissa mulier virtutis
pede caput calcata contritura
serpentis antiqui cuius plane
calcaneo in multis versucijs
insidiatum est Et sine ea
sola non contriuit vniuersam
hereticam prauitatem Quia
autem est fere totum tamen hu-
ius libri opus quod cantatur pro epistola
in festo Concepcionis et na-
tiuitatis beate virginis Ibi non dicitur
pro singulari preconio suarum
laudum Et Dominus possidet
eam in inicio viarum suarum
quoniam ab eterno sit ordinata et
ante abyssos concepta hec
autem cum per eam apparent
specialiter virginem decet intelligi
quod in ea quantum ad suam
concepcionem que ibi singulariter
specificatur sit aliquid speciale
respectu aliorum Ibi enim sunt

intelligendum esset de eterna
preordinacione cum ista in eodem
instanti eternitatis fuit simul de
omnibus ut quid singulariter de beata virgine
specificaret / unde uidetur quod sua
Concepcio fuit pre alijs si-
gulari modo Super hac au-
ctoritate que preordinacionem eterne
specialiter attribuit / beate virgini et
dicit prioritatem concepcionis
sue ante abyssos merito pos-
set considerari que est causa
quod singulariter attribuitur eidem hec
prioritas concepcionis ante abys-
sos Dicitur enim ut dixi intelligitur
de eterna ordinacione diuina
ab eterno in sua sapiencia / quia
hec fuit simul cum presciencia et
preordinacione omnium aliarum crea-
turarum unde uidetur quod hoc non
debet sibi attribui pro singulari
preconio sue laudi ut quasi
sonare in ipsa virgine ex hac auc-
toritate pre omnibus alijs notet
primum Hic enim pro regula
siue pro maxima generali quod
omne agens racionale siue intellectu-
ale primo intendit finem quem ea que
sunt ad finem et intencio que est
ad finem primo ea que proxima
sunt a fine et ea que magis ab
eo distant Complificatur
scolastice ordinata considera-
cione quoniam hoc cum desiderat
eciam doctor uel sapiens quod
quod considerat et cadit in sua

intencione uel consideracione est finis vz. ec sapientem. Secundo quia uidet se non posse ad hoc attingere nisi vacet consideracione sapiencie abstrahendo se ab aliis curis et occupacionibus vite tue inmerete elegit siue intendit se uelle uacare. Tercio quia uidet quod sua vacacio non sufficit nisi habeat qui doceat et instruat ipsum in ea sciencia quam habere cupit eligit a magistro doceri et illi subesse. Quarto quia cognoscit quod labilis est memorie ne retinere potest omnia que a magistro audierit vult habere libros in quibus sciencia conscripta eius reluceat quasi in speculo. Quinto quia ipsos habere non potest absque pecunia intendit habere eam ut libros emat. In isto ordine intellectualis consideracionis certum est quod iste ultimus plus distat ab intento fine quam aliquod aliorum. Ceterum magis propinquum est ad acquirendum scienciam habere libros quam pecuniam et vacare consideracioni quam solum a magistro audire. Nam sciencia in consideracione digeritur gustatur et incorporatur. Tunc ex hoc patet quod agens intellectuale prius intendit finem quam ea que sunt ad finem et inter ea que sunt ad finem prius ea que sunt illi propinquiora

et similiter alia magis distancia. Exemplum eiusdem prudens quis respiciet esse infallibiliter verum in quo auctor alio sic intento / Ut si vult ob ex vorionem edificare ecclesiam uel castrum pro defensione sua. Nunc super isto ponuntur quatuor dicta / primum quod cum deus sit agens intellectuale in eo est invenire hunc ordinem / vz quod prius diligit siue intendit finem quam ea que sunt ad finem et inter ea que sunt ad finem prius ea que sunt propinquiora quam magis distancia / Secundum muu bre de ordine prioris et posterioris non quidem temporis sed perfeccionis siue principalitatis creature intelligencie. Tercium dictum quod cum deus sit finis omnium unde id preterea uniuersa propter semetipsum operatus dominus quecumque magis ac perfectius participant suum ordinata sunt ad participandum diuinam bonitatem gloriam siue beatitudinem illa dicuntur esse huic fini scilicet deo propinquiora et priora / Similiter illa que minus participant dicuntur esse remociora ac posteriora. Tercium enim in creaturis ea que maioris dignitatis et nobilitatis sunt priora et maiora vomq Quartum dicitur per se secundum distinctates et similiter alias nobilitate excellencie racionis posteriora

Et hoc quia racionalis cre
atura amplius participat de
diuina bonitate et gloria quam
sensualis et corporalis. Hinc e
quod ista dicitur a deo plus intenta
tamquam propinquior deo qui est
finis omnium. Et sequitur ista corpa
lia que post racionalem crea
turam amplius de diuina boni
tate participat. Unde quia vi
cia et peccata sunt ea que minime
et nichil participat de diuina
bonitate et gloria etc. sunt ma
gis uel in totum distantia.
Hinc est quod a deo dicuntur postremo
permissa et cognita. Et quidem
unde peccatum. peccata deus a
longe cognoscit et abscondita
dicuntur esse ps. cxxi et ym
de hiis dicit in ps. dis. 3 e.
Sed et pene que nisi ide
peccati non esset. Et obicitur uidetur
quod gehenna fuit opus a deo
postremo intentum et ordi
natum. Responsio autem hic intel
ligendo nequitiam huiusmodi penalia
considerant sub et ra
tione beatitudinis ad partem
Et postea posset aliqualiter
declarari de ista parte illius
cum dicitur ante omnes col
les ego parturiebar scilicet an
gelos et alia que subsequn
tur. Item cum persona sit ra
tionalis nature et creatura ra
tionalis plus est a deo intenta
et ordinata bene potest

intelligi quod ex hoc sit persona
ipsam ante omnes colles par
turiri sive a deo intentam
et ordinatam esse. Secundum
quia istud adhuc est sibi
commune cum omnibus aliis
sed aliquid singularius quod
sibi nec aliquis competerit in ve
stigari a deo ponitur. Tercium
dictum quod primum opus a deo
intentum et ordinatum tam
quam propinquius sibi quod est
finis omnium est diuina incar
natio id est persona christus pater
patet quia hic plus ac perfectius
participat diuinam gloriam
quam alie omnes creature. Nam
ut dicitur Jo. in Rom. ad mensu
ram dedit ei deus spiritum sue
gratie et glorie. Unde quia plus
participat sequitur quod sit propinquius
fini suo scilicet deo et omnibus
aliis prius ac plus intentum a
deo et ordinatum esse debere
in universo. Item hec patet
de doctrina sancta apostoli in mul
tis locis epistolarum suarum qui
dicit quod christus est caput non so
lum supra omnem celum sed
super omnes principatus et pote
states etc. Item sicut hic dicit
quod omnia deus subiecit ei
sub pedibus suis et nichil
ei non subiectum dimisit. Et ex
hoc sequitur quod finis principalis
ac perfecte incarnationis filii
dei non fuit misterium rede
mptionis patet. plus quia nullum
maius bonum ordinatum

Utrum si homo non peccasset filius dei incarnatus fuisset

Ad opinionem doctorum quod si homo non peccasset adhuc filius fuisset incarnatus

ad minus bonum / Ergo non ordinatur aurum ad ferrum vel homo ad quodlibet brutum sed econverso Constat autem quod homines ordinantur ad christum non quod christus ad homines Ergo de racione finis est quod sit melior hiis que sunt ad finem Sed christus est finis accidencium non econverso / Ergo salus credencium non est finis christi nec incarnacionis sue principaliter et ipse Secundo finis enim legis christus est ad iusticiam omni credenti Tercio finis debet esse mensura illorum que sunt ad finem homines autem non sunt regula et mensura christi sed econverso christi accio est regula et instruccio omnium fidelium Quarto ille homo unus scilicet christus est maioris valoris quam totum genus humanum ut dicit [illegible] ergo videtur quod reparacio generis humani que est minus bonum non fuit finis incarnacionis sue Hoc eciam probat in libro Cur deus homo ubi dicit quod non ex merito illius hominis sit facta restauracio generis humani quod erat perditum / scilicet quod maioris valoris est unus homo quam totum genus humanum quod reparatur per meritum christi Item autem finaliter Augustini et plurimorum sanctorum doctorum deus summe dilexit istum hominem christum et ideo

homines diligit propter eum sicut autem supra habetur in 3° dist 32 ubi dicitur Et deus plus diligit unigenitum suum in quem omnia membra eius configuntur quam magis bonum est ipse solus quam omnes alii Et propter omnes ipse non est ordinatus ad eos sed econverso Circa vel contra consideracionem motum fuerunt plures doctores dicentes quod licet homo non peccasset nichilominus filius dei sumpsisset carnem ut completa esset perfectio universi Iuxta hanc consideracionem procedit glosa in hoc passu exponens totam istam auctoritatem de divina sapiencia incarnata id est de christo homine Constat enim quod hoc opus quia perfectius in universo et propter hoc principalius deo est ab eo primo intentum et ordinatum quare recte dicitur quod fuit in inicio viarum suarum et ab antiquis ordinatum a deo et quod si de sapiencia christi intelligitur recte sit [illegible] de sapiencia ipsa non quantum ad deitatem sed humanitatem patet ex duobus verbis que ponuntur in primo scilicet dominus et possedit Constat enim quod pater non est dominus filii quantum ad divinitatem sic nec est dominus spiritus sancti / ista inequalitas dicat subiectionem inter personas

vero diuinas est equalitas
omnia. Item quod eo quod dicitur
possedit eam racione unde
uidetur posse intelligi de sapiencia
incarnata que christus est. Ta-
men quia doctrinam magistri
augustini in hoc retracto et habet
in tractatu de fide. Christus non
congrue dicitur homo dominicus
quia proprie et est dominus.
Quomodo uidetur sequi quod
simpliciter et absque determinacione
non dicitur esse a domino pos-
sessus. Quemadmodum in
primo huius auctoritatis pre-
mitti dicendo dominus posse-
dit me. Tamen non uidetur
ipsa loquendo simpliciter dicens
quod est deus deus sapiencie
incarnate siue christi nec quod
est possessus a deo. Tamen
improprie sit eum possessum
nisi forte alio longe ex-
Item quia simpliciter loquendo
christus siue sapiencia incarnata
non dicitur creatura. Et sic
uidetur dici quod sapiencia sit
prima creatura ordinata
a deo. Unde cum iste tex-
tus loquatur simpliciter et abs-
que determinacione. Dominus
possedit me. Habet talis lo-
cucio absque determinacione
non uidetur congrua esse
verum quod christus qui est sapiencia
incarnata sit possessus a deo
vel quod dicitur deus sit dominus
eius nisi addatur determinacio
inferens hoc uel alia que-
cumque in distinccione similiter

deo uidetur compromissis posse
racionabiliter inferri. Et hec
est tamen dictum quod hec auctoritas si non
congrue uel absolute de perso-
na christi de nulla alia creatura
ita proprie sic de beata uirgine intelligi
potest, patet quod prima consideracione
quanto aliquod opus diuinum
perfectius, tanto est a deo principalius
et a deo magis ac prius inten-
tum esse debere ordinatum.
Sed post christum nulla est creatura
perfectior quam beata uirgo, quod patet ex
sui exaltacione super omnes crea-
turas non solum sui generis
sed angelorum, ergo est opus prius
a deo intentum et ordinatum.
Et probatur de ipsa dicitur quod sit
a deo possessa in inicio uiarum
et ad hoc pertinet quod dicitur
in sequenti secunda auctoritate quod beata
uirgo maria ab inicio et an-
te secula sit creata. Item hoc
probatur. Nam si diuina incar-
nacio sic declaratum fuit est
opus prius a deo intentum et or-
dinatum. Tamen beata uirgo specialiter
pertineat ad hoc opus incar-
nacionis quia est electa a deo
ut sit mater unigeniti filii sui
ergo dicitur uel sit cum eo a deo
intenta et ordinata uel sal-
tem propinque et prius quam omnia
alia. Unde patet quod auctoritas supra
posita recte per exposicionem de beata
virgine. Sed ad hanc ita non satis

faciat / quia per hec non proba
quod ipsa non debuit contrahere
originale peccatum. dicendum quod si attendamus
ad premissa inspiciatur / apparet
quod hoc idem de ipsa auctoritate
induca. Dictum est enim quod
opus incarnationis prout
consideratur quod in ipso est completum
primum est prius in divina in-
tencione quam prout est admi-
sterium humane redemptionis
quia humana redempcio
est ipse finis duntaxat
principalis. Non negat autem
quin misterium redemptionis hu-
mane sit finis sane intelli-
gendo multarum operacionum
ut doctrine passionis descen-
sus ad inferos resurrectionis
et similium Dicit / ita se
habet quod opus incarnationis
absolute est primo intentum quam
prout est ad misterium redem-
tionis / Beata autem virgo secundum
ad id pertinet / quod intelligitur
intenta prius et ordinata
a deo quam prevente priorum
parentum / filiorum et aliorum
consequentium / que ordinata
sunt a deo racione peccati ipsorum
videlicet decreti divine maledic-
tionis in contraccione originalis peccati
et aliorum que ordinata sunt
ad restauracionem humanam generis
Unde quemadmodum apostolus
dicit de christo hebreorum vii. quod ipse
fuit decimatus in lumbis abrahe

licet ipse esset tamen levi reddere
causam quia maior erat
quam Melchisedech Unde ex
hac eadem racione prout infra
clarius apparebit. licet per racionem
communis generacionis christus fuisset
genitus non debuisset contra-
xisse originale peccatum Tamen si de
virgine que sic genita est
hec astruat doctores quod
magis de christo esset id dicendum
Unde quod cum beata virgo
multo maioris dignitatis
sit quam primi parentes / non de-
buit esse inclusa sub lege pe-
nali / quia omnes sui filii
racione peccati eorum sunt conde-
nati ad contraccionem originalis peccati
et ad penam que ipsa contraxit
quemadmodum si aliquis regem
suum committit crimen lese
magestatis / et habet plures
filios quorum aliquis sit papa
vel episcopus / lex penalis de
pena filiorum non se ex-
tendit ad illum qui esset pa-
pa vel episcopus Constat autem
quod beata virgo multo maiorem di-
gnitatem obtinet super primos parentes
ac filios omnes descendentes
ab eis / ergo videtur quod nullatenus
includi debeat sub effectu illius
legis penalis que lata est
contra adam et filios suos
omnes descendentes ab eo. Hec
enim est maioris dignitatis

quod vult omnis / cum igitur initio a
lege communi excepta penali
intelligi debet. Cum ergo in
hac auctoritate dicatur quod nondum
erant abyssi et ipsa iam con-
cepta erat / quia per abyssum
ut a pluribus communiter exponi-
tur etiam glossa ei dat intelligi
intelligunt ignorantia et
vitium quod sua conceptio a deo
sit primo intenta ac ordina-
ta fuit ut ipsa conciperetur
absque omni tenebra igno-
rancie et infirmitate pec-
cati. Nam si aliquos creatu-
ras dicatur esse in infimo
gradu omnium creaturarum / unde
initio vocantur abyssus / patet igitur
quod initio ecclesia hac explana-
vit de beata virgine ad de-
notandum gradum preeminentie
que ipsa obtinet super omnes
puras creaturas. Unde sic
cantat in die nativitatis et con-
ceptionis sue ut intelligatur
nata et concepta esse absque
omni peccato / quia dicit pro sin-
gulari laude ipsius cantat
ecclesia: nec dum erant abys-
si et ego iam concepta eram.
Nec per hoc obviat quod eadem capitula
dicuntur ab ecclesia in officio vir-
ginis est. Nam grandis
differentia quia de alia que na-
tivitatis et conceptionis vir-

Beata virgo est maior omnibus
puris hominibus et meritis excellentior
naturis nisi deus primus [illegible]

illius aptam potuit secundum ali-
quam vel longe comparacionem
de hac autem exponetur secundum
proprietatem / sic etiam patet ex
textu immediate sequenti: Sa-
piencia edificavit sibi domum que
videlicet suam augmentum commen-
tatorem Beda exponitur de beata
virgine prout supra
commemoratum est in materia
de spiritu [illegible] sacre scripture
vel etiam alii statim incarnationem
deferens consideracio secunda
est. Tunc hoc autem deducere
unum restat probandum
videlicet quod beata virgo sit maioris
valoris et dignitatis quam
pater primus et omnes filii eius
sive eius aut descendentes
tantum est si ad medium
[illegible] reducuntur auctoritates sanctorum
Bede et Anselmi supra allegate.
Dicit enim Beda quod ecclesia triumphans
est sub pedibus Marie
quo manifeste constat quod
cum aurum in hiis rebus cor-
poralibus sit preciosius quam
celia / quia ut paulus dicit
videtur in [illegible]
ecclesiam [illegible] hec a deo sunt
ordinata, si ergo celia est
sub pedibus ipsius sequitur
quod maioris dignitatis est Ma-
ria quam omnes filii Adam

comiter descendentes/ Ho-
lic eudenauit pz p auctem
ansh dt. n sic Nichil tibi
dna equale/ nichil comparabile
est/ Omne .n. quod e et
sup te est et infra te est
Quod supra te e solus deus
e/ quod infra te est est
omne quod deus non e
Ecce nichil creaturis nichil
eudenauit dia pt Ad
dicebat Vey q spiritum si-
ne psonali unione cre-
ature redicio patri h lego
tua divine immensa da-
sit Exque pz q nulla
creatura propinquior huic
non sit comparatio ad aiaz
x/ quia ita tendat in x
suavitate/ mito ergo cu ipsa
promitat toti humano gnri
debz intelligi excepta ab
huius lege penali et ob-
probriosa de generatione o-
pti Iusta auctoritas que
testificari videtur de pulte
conceptionis scte virginis
e certa x x ini. cam qd
positum est in duabus
eplis p ecliaz ordinatis
in vigilia et festo assum-
tionis virginis vbi n pluri-
me et singulares laudes
attribuuntur b/ virgini vt q

creator requievit in taber-
naculo suo/ q ab initio et
an sla sit creata q e ex-
altata sicut cedrus cipresso
palma/ et oliua speciosa
q dedit suauitatem odoris
ut ciníre et Cinamomum
ac q in ea fuit omnis gra
vite et virtutis/ Hec aut lau-
dum insignia mariti no-
tant in b virgine sup ceteris
aliquid singulare Nerdum
psalm incepit vivere s
in suo initio vite Vltimo
vero in ead epla concludit
qui elucidat me vitam
eternam habebunt quod redu-
ni reputatur singulare sola
cum Cum h virgo asscri-
vat q qui elucidat eam
habebunt vitam eternam dicit
aut eam esse exceptam cum
splendore glorie et virtutum
videt ptinere ad ipsius cla-
rificationem/ ipsa aut psitetur
q qui elucidat eam vita
eternam habebunt Septima
auctoritas e Canticorum iiii
Tota pulcra es amica
mea et macula non e
in te/ que quid auctoritas a
multis sctis exponitur et ab
eclia inducitur tamquam dicta
de b virgine sit Et qui

sacra scriptura in sensu litterali
impossibile est quod sit falsa Tu
augustinus hic loquitur absolute
a prophetis omnia tempus omni tempore quod
intelligi quod verificatur de beata virgi-
ne sed contrarium o saltem
pro eo instanti in quo contra-
xit non potest de ea verificari
Unde pro tunc non est dicere
quod macula est in te / Augustinus
autem profitetur negative Ex
hiis septem auctoribus que
in sensu litterali intelliguntur
de beata virgine / manifeste pro-
prie volentibus accedere intelli-
gere quod ab inicio mundi ac
post multis temporibus succes-
sive deus providerit de puritate
sue sanctissime matris /
Et quoniam non solum decebat
sed quodammodo debitum est
deum visitare filium suum
licet quod hac consideracione
pro concludere tercium suppositum
documentum quod debuit deus
preservare beatam virginem matrem
suam ne contraheret originalem culpam
Item lex tercium documentum
patet ex secunda consideracione
videlicet de lege scilicet quia lex sic se
posebat quasi evidentis
racionis exigencia / quod quidam
multiplicat divina economie
precepti de honoracione parentum
Et ideo sic concludo filius
iuxta continenciam legis divine

debet exhibere matri honorem
qui sue non derogat digni-
tati Exodi xx deuteronomii v et ephe-
sios vi beata autem virgo fuit mater filii
dei ergo filius suus debuit
eam honorare Et quoniam hic
honor iuxta communem doctrinam
doctorum consistit in duobus in com-
binacione reverencie et debita
subvencione Si filius tenetur
sub pena mortis in temporalibus
multo amplius in spiritualibus
Unde si deus imminere viderit
pro eam preservare ne collapsa
deciperetur in lutum / aspersione
ne in peccatum quia casus gravior
et maius periculum Secundo
cum labes et vulnus anime quam
macula et plaga corporis / Tunc
ergo filius virginis ut supra
deductum est potuit facere
ut eam decebat ne contraheret
originalem culpam sequitur quod iuxta precep-
tum legis debuit preservare
eam Et autem christus debebat
implere hoc mandatum legis
divine quod patet quod erat sub lege
Galatas iiii At ubi venit plenitudo
temporis misit deus filium suum
natum ex muliere factum sub
lege Et mathei de se ipso
dicit v quod non veni
solvere legem sed adimplere
De hoc etiam augustinus de fide ad pe

dicit quod solutus corpus a pre-
et sic factus est ex muliere
ergo ipse factus est sub lege
quam dedit. Secundo quia filius
tenetur diligere matrem suam
ita tenetur precavere omnia
que sunt causa odii et impe-
dimenta dilectionis sed
constat quod peccatum omne est impe-
dimentum dilectionis divine
et causa odii ergo filius
virginis debuit eam ne ip-
sius incurreret odium preservare
Tertio nullus filius tenetur plus
diligere et honorare suam
matrem quam filius dei beatam virginem
ergo multo amplius ipsam
a tanto malo debuit preser-
vare. Maior probatur quia nulla
mulier tanta perfectione non
solum gratie sed nature fuit
mater filii sui quantum beata virgo
fuit mater christi. Quod probatur ex verbis
primo quia plus tempore fuit
perfectus homo in utero matris
alii enim suscepta anima rationali
fuit homines post xl v dies
hic autem a primo instanti concep-
tionis fuit homo verus et
stetit in utero sicut ceteri alii
per ix menses. Ergo quod sic
ex hoc sequitur plus tempore aluit
eum in utero suo. Tercio
quod alii generantur primum de substantia

patris et primum de substantia matris
filius autem dei humanitatem
totam habuit de sola matris
substantia. Quarto alie ma-
tres ad conceptionem filiorum
se habent in ratione principii
passivi et activi minus principalis
in hac autem cum ipsa concessit
quia sicut vir scilicet ad forma-
cionem prolis habundancius
ministravit. Item cum ea sola
non erat absque seminibus ceterisque
habundancius se habuit in
ratione huiusmodi principii principalis
active. Nullus sit videre
quod beata virgo se habuit contra ut
principium activum. Dicendum quod
in virtute operativa respectu
fetus concepta cooperante
spiritu sancto habuit vicem duorum
agentis et patientis scilicet
patris et matris. Nec tamen ob
hoc dicitur pater quia in illa
operacione activa que patri
competit et spiritus sanctus operatus
est ipsa habuit se ut cooperatrix
minus principalis. Hec autem de co-
operacione activa matris circa
fetus concepti non tamen sed
doctrinam [illegible] quia gallice
ni et aliorum communiter me-
dicorum quorum in via ad
physicam permitte amplius
vacasse et cetera dicta fuerunt

Quod sicut in virgine nulla fuit macula corporis ita nec anime

Quare ex hiis sequitur
quod ipsa dignius ac conformius
fuit matri Christi quam alia quecumque
suo filio. Item quam-
quam alius filius tam si-
milimus fuit matri sue. Ali-
qui propter similitudinem suam
quam de utroque habent
assimilantur patri et matri.
Christus autem cum totam
similitudinem habuit a beata virgine
racio ac conformitatis assimilacio
terminabatur solum ad matrem.
Ex hoc elicitur 3o quod ex quo
Christus inquantum potius fuit spe-
ciosus forma pre filiis hominum
quod beata virgo fuit speciosa mu-
lierum, patet quia inter eos
fuit maxima assimilacio.
Si ergo sic fuit speciosa
et per quem nullam habuit
maculam corporis / quo ergo
asserendum est fuisse in ea
anime o peccati maculam hec
enim multo horribilior quam quecumque
sputacio in facie reputatur.
Certo sequitur intentum quod
multo plus dilexit eam quam
quicumque filius matrem suam
seu patrem quia inter eos erat ma-
ior racio coniunctionis cum
tamen tenetur solum eadem quam alius
filius patri et matri racione
corpulente similitudinis tota ab
ea suscepte. Cum itaque

evidenter monstrat racionis
evidencia quod filius dei hanc
beatam virginem matrem suam decuit
conservare ne peccatum macularet
Cum ipse potius virginem quam
alius quicumque matrem suam de-
buit diligere et pre ceteris ho-
norare. Et in omnibus hiis
ad propositum non sit mencio de
illa singularissima plene
gracie in qua resplendente super
omnes creaturas mundi / que
multo enim causa extitit
perfectissime dileccionis. Non
enim videtur racionabile verbis id quod
tamen excellentissimis muneribus
graciarum erat decorata a deo
filio suo primitus labe peccati
pro fedari. Preterea cum actio-
nes ut species in Christo do-
manitur patet quod exaltavit su-
perlativum honorem referendo
omnia in gloriam patris. Unde dicebat
eo verum: Ego non quero
gloriam meam sed honorifico
patrem meum. Cum igitur ex-
tanto tempore honoravit patrem
in quo credendum est quod matrem
nunquam preterivit contra honorem
rem absit. Ipsam namque
continua respexit veneracione
Cum eam commemorando ut
matrem. Racio dei sic ac sermo
in nat filium virginis. Dicebat
enim patri filium hominis
filius hominis tradetur.

resurget ac venturus est
in nubibus celi / Unde si
confitens in cruce cognovit
matrem et providit de subven-
cionis remedio commendans
ipsam fratri Iohanni dilecto
suo / quanto verisimilius est
quod ab inicio sue concepcionis
eam cognovit providitque
ne contraheret peccatum cum
previdebat ad hoc ut semper
honorabilis et dilecta filio
suo esset eo magis racione vi-
deretur quod post mortem fi-
lii obsequium discipuli
Item dominus in sermone
assumpcionis de hac matris
honore sic dicit nulli dubium
est omnem curiam celestis ierusalem
inclitamque tuis exultasse ine-
stimabili leticia Et io-
cunditate ex inestimabili cla-
ritate tuique cum dei gratu-
lacione iubilasse / cum fe-
stivitas hec que nobis hec
revolvit / alia illis omnibus
facta est continua Nec immo
creditur quod salvator omni
gaudium dedit intelligitur ipse esse
totus festinus occurrit et cum
gaudio eam secum in throno
collocavit / Et quod imple-
visse creditur quod in lege
ipse precepit / honora igitur
patrem tuum et matrem tuam
Porro cum patrem honorat
ipse sibi testis est Cum ad
iudeos ait Ego gloriam me-
am non quero / est qui que-
rat et iudicet / sed honorifi-
co patrem meum et vos me
inhonorastis / De matre
vero Ewangelista cum de illis
loqueretur veniens ait et
erat subditus illis Et
quod dominus dicit hic dicendum
primum quod sacra scriptura de-
clarat christum debere honorare
matrem suam et virginem
quia erat subditus illi In-
sinuat de honoracione quod
si christus eam peccatum non ori-
ginale et quod in celos ascenderet
non implevisset legem ma-
terna honoracione Credi-
tur quod plus potest ad honorem
matrum mater sustentare
eam cum potest ne pareat fa-
me quod sibi contraheret peccatum
cum venit ad domum suam
Alias preservare eam ne incidat
plagam ad mortem corporis
ad servitutem / quam salvare
eam eius assurgere vel capti-
disposuit Et igitur quod ex violle-
cione dominum obligatus
erat contraxisse obrogandam mi-
honorando eam / quanto ma-
gis preservare ne eam incidat
ignominiosam servitutem
dyaboli mortis ac et culpam mor-
talem que omnia tormenta
in origin culpa / Unde dicit

quod multo amplius debuit
secundum legem dei abstinere tam
gravissimo malo eam ex
parte perservare per peccatum ut pre-
dictum est peccatum originale mest
omnibus filiis ade ex sua
divini decreti velut quoddam
debitum quod ab ipsis pro-
prio primi parentis exigitur
Cristus autem dixit mat
xvii quod tributum non
exigitur a filiis propriis set
ab alienis Et si non exi-
ditur tributum a filiis inquid exi-
gitur a matre videtur quod immune
fuit Unde concluditur quod tributum
sine debitum pro peccato primi
parentis esto quod ab aliis fi-
liis ade inquiunt tamen debuit
a sua deus exigere matre
imputando eius quod alienis
peccatum erile Proverbium
prov. xv Filius sapiens
letificat patrem stultus vero
despicit matrem suam Tu
autem Ihesus promisisset ma-
trem suam originali peccato fedari
videtur quod eam despexerit
sed hoc nullatenus est dicendum
ymmo irracionabilius est dicere
quod debuit eam preservare
quia ut prov. xv dicit auctor
stultus homo despicit ma-
trem suam Ad idem eciam
pertinet quod scribitur de vio x
ex vii Maledictus qui

non honorat patrem suum
et matrem Et dicit omnis populus
amen Cum ergo lex divina
non in uno sed in pluribus
libris tantopere iusserit honorari
parentes de Ihesu filio dei
qui voluit fieri sub lege
irracionabilissimum est di-
cere quod non adimpleverit
hoc preceptum de honore ma-
terno quinymmo quantum po-
tuit suam cum laude dig-
nissima honoravit matrem
precipue autem in eo quod ipse ho-
noravit integritate virginitatis
conservata obprobrium culpe
sed originali peccato Et hoc eciam vide-
tur quod dicit ambrosius
super luc quod maluit dominus de
suo ortu quam de matris pudore
dubitare Habebat enim tene-
ram et virginis verecundiam
et lubricam femine pudoris
ne putavit ortus sui fidem
matris iniuriis astruendam
Attendenda est hec doctrina
ex qua videtur sequi quod propter
conservandam honorem matris
sue eciam id quod pertinet ad
fidem et gloriam suam voluit
voluit preterire Unde non videtur
inconveniens quod propter honorem
matris dispensavit in lege
penali et obprobriosa de con-
traccione peccati Ad
hoc propositum confirmat ab
lege dei per doctores vim

salvatoris nostri de laude Jo.
bap. Mat. xi. Non surrexit
inter natos mulierum maior
Jo. baptista. Cum surrectio
dicatur proprie de eo qui iacuit
et levatus est. Josue vii. dixit
dominus ad Josue surge quare
iacet pronus in terra. Unde qui
semper stat et nunquam ceci-
dit licet ad alta non intendit
non sic proprie dicitur surgere.
Cum ergo dominus dixit quod
inter natos mulierum non sur-
rexit maior Jo. baptista etc.
hoc intelligitur de surrectione
in terra et in presenti vita. Dicta
quod omnium venientium ipse sit ma-
ior. Et hec stare non potest
quia b. virgo maior est eo.
Nec valet si dicatur quod intelligitur
de masculis tantum. Quia etiam
plures auctoritates que loquuntur
de congregatione [illegible] sunt in
masculino genere etc. compre-
henditur virgo et omnes mulieres
quod absurdissimum est di-
cere. Unde oportet dici quod loquitur
de surrectione que est eleva-
tio sive erectio ab aliquo
casu et tunc auctoritas habet veritatem
quod inter omnes qui contraxe-
runt originale peccatum et surrexerunt
ab eo Jo. bap. nullus est
maior. Vel si hic intellectus
non placeat sed tamen dicatur
quod maria contraxit peccatum te-
nendum ad illud magis quod
ista auctoritas nullos potest stare

in veritate. Cum non faciat
exceptionem de b. virgine
sed nec dubitante Jo. bap.
maior est. Aut si dicatur
quod intelligitur excepta ea
si non exprimatur. Tunc istos
potest vadere ad omnes auctoritates
in contrarium. Unde cum quelibet
pars sequatur minorem vir-
tutem propositum standum sit in
illo sensu qui consonat pie-
tati quod ea auctoritas intelligitur
de hiis qui surrexerunt ab
originali. Et ex hoc apparet dictum
quod etiam testimonio Jo. con-
stat de hac puritate sancte
virginis. Dico quod non solum
decuit sed etiam debuit preservari
licet dubitatio a quibusdam
dicatur non esse magni ponderis
quia hec auctoritas ut habetur
luce vii. videtur se extendere
solum ad prophetas. Dicitur enim sic
Dico enim vobis maior inter
natos mulierum propheta Jo.
bap. nemo est. Propheta si
[illegible] propheta refert se cum
Jo. id est sensus qui est pre
Et hec sententia maxime in eo
passu exponitur per docto-
res multos dicentes quod id verum
esse intelligitur quantum ad fi-
deles [illegible]
ut sic comparatur [illegible]
[illegible] est aliorum
fides omnis [illegible]
Preterea etiam sic ex fides de
resurrectione et amplius
quia in articulis [illegible]

et tamen non obstare ali
quos nunquam debere mori
et resurgere secundum comunem
intelligenciam loquendo / ad
uersus supradicta responderi
posset dicendo quod sicut deus
debuit preseruare matrem suam
Ita similiter arguetur de filio
qui sit filius sui deo .i. dedit
eis potestatem filios dei fieri
Item sicut deus in primordio
illos quos deus preordinat
ad aliquod supra ceteros
singulare ministerium sicut fecit
patriarchas prophetas et apostolos
Item pater magis filium diligit
quam filius matrem Contra hoc
quia tam dissimilis est comparacio
Ratio uidetur esse in aperto
Quia christus filius est natu
ralis et ipsa est naturalis mater
Illi autem adopcionis gracia
sunt filii dei unde iste
mutabiles illi promittitur
illis quod erunt in celis sicut angeli
dei Hec autem in excelso bo
no constituta est super angelos
hac inhabitat tota plenitudo
gracie illis distribuitur per
partes / licet desistere ab
assignanda huiusmodi diuersitate laz
rus creditur quod aliquis velit
inniti huic comparacioni Contra
ut equali liceat mensura
comparare beatam uirginem matrem
dei cum filiis adoptiuis
non solum in hijs que com
petunt ei de necessitate propter
statum quem tenet mater

que sed quantum ad statum il
lius decenciam et decorem
Tandem ergo duobus stantibus
supra dictis videlicet multitudine auc
toritate sacre scripture
que constat de puritate concepcio
nis sanctissime uirginis
Item ex precepto de honora
cione parentum doctorum sco
lasticorum videtur constare
quod filius dei debuit preserua
re beatissimam uirginem
matrem suam ne contraheret
originalem culpam

Explicit Allegacio secunda

Sequitur Tertia

Non licet Romani
patres inserere ex
precedentibus quantum
scolasticum docu
mentum videlicet quod
beata uirgo dei genitrix
Maria a
deo preseruata fuit
et potentiam contra prout
est deformitas
personalis nunquam
contraxit / Istud
documentum de
pedet manifeste

coprecedentibus / quia quicquid
deus facere potuit decuit
ac debuit id fecit et nunquam
omisit. Sed hac presumpcione
de virgine deus facere potuit
decuit ac debuit / ergo fecit
Maior patet Ysaie v° ex persona
dei quid est quod ultra fa-
cere debui vinee mee et
non feci q. d. Nichil de
hiis que debui facere omisi
/ Minor vero ostensa fuit ex
pluribus scolasticis do-
cumentis. Hec autem certum
determinatum etiam probat
specialiter per ea que Augustinus dicit
in sermone de assumpcione
virginis et incipit hic sermo
quia profundissime et sua
dignitate altissime sum
respositurus questionem de
/ que ma pro tempore io sunt
silencio disceptacionis ut puto
Et enim multa equalia con-
tineant in sacra scriptura ut
de reversione in pulverem
ac resurreccione omnium similiter
in fine mundi et videbantur
huic glorificacioni virginis con-
trarius quam ista de presumpcione
assignare. Ideo enim licet asse-
rendo sermone forsitan ma-
ne putabitur / ideo vel trans-
torie ut difficultas illius
questionis appareat inserantur
de hoc quedam testimonia
sacre scripture. Genesis iii° dicit

in sudore vultus tui vesce-
ris pane tuo donec revertaris
in terram de qua sumptus es
quia pulvis es et in pulverem
reverteris. Hec est sentencia divini
decreti de incineracione humani
corporis adeo promulgata
contra Adam et totam po-
steritatem suam. De hac
diffinicione sub alia forma
dicitur comprehendendo omnes. Et
ut dicit ecclesiasticus loquitur de co-
pore. Eccli xl° Occupacio
magna creata est omnibus
hominibus et iugum grave
super filios Adam a die exitus
de ventre matris eorum usque
in diem sepulture et omnium
cogitaciones eorum et ti-
mores cordis adinvencio
expectacionis et dies finicio-
nis. A presidente super sedem
gloriosam usque ad humilia-
tum in terram et cinerem ab
eo qui utitur iacincto et por-
tat coronam usque ad eum qui
operitur lino crudo. Et tum mul-
te penalitates ibi narrate
sequuntur. Omnia enim que de
terra sunt in terram convertentur.
Item Iob xix° Scio quod re-
demptor meus vivit et in
novissimo die de terra sur-
recturus sum. Et sic iam dicta
que loquitur singulariter de
David. Ecce in iniquitatibus
conceptus sum et in peccatis
concepit me mater mea

prout ex adverso dicitur corp
to nemine intelligitur velut
ad omnes Ita hec quod re
surget in novissimo die ma
nifeste cum in ewangelio
contineantur multe auctoritates
que loquuntur vel de resur
rectione omni in novissimo
die Jo vi hec est voluntas
eius qui misit me patris
ut omne quod dedit mihi pater
non perdam ex eo quicquam
sed resuscitem id in novis
simo die Et iterum hec
est voluntas patris mei ut
omnis qui videt filium et cre
dit in eum habeat vitam eternam
et ego resuscitabo eum in
novissimo die Item hijs
autem verbis cadent aperte quod
hec voluntas patris sepe no
bis per filium declarata est sperat
quod omnes dati a patre filio
et credentes in eum ipse
filius debeat dare eis vi
tam eternam et resuscitare
illos in die novissimo Con
stat autem hoc exprimere de nu
istorum Unde videbatur quod
eius resurrectio simul cum
aliis expectanda esset in no
vissimo die Item eodem etiam
capitulo subiunguntur plures
auctoritates ad istud intentum que
etiam vel possunt intelligi
similiter ut cum dicit filius
Nemo potest venire ad me
nisi pater qui misit me tra
xerit eum et ego resuscita
bo eum in novissimo die Et
manducat meam carnem et
bibit sanguinem meum habet vi
tam eternam et ego resusci
tabo eum in novissimo die
Item Jo v Nolite mira
ri hoc quia venit hora in qua
omnes qui in monumentis sunt
audient vocem filii dei et
procedent qui bona fecerunt
in resurrectionem vite qui
vero male egerunt in resur
rectionem iudicii Item hec propha
Mat xxv ubi habentur
plene de modo illius iudicii
Cum venerit filius hominis
in magestate sua et omnes
angeli eius cum eo tunc
sedebit super sedem magesta
tis sue et congregabuntur
ante eum omnes gentes De
modo autem huius congregacionis
habetur Mat xxiiii Tunc vide
bunt filium hominis venientem
in nubibus celi cum virtute
magna et gloria et tunc mit
tet angelos suos et congre
gabit electos suos a quatuor
ventis a summo terre usque
ad summum celi Item et
clamat apostolus prima Cor xv
Omnes quidem resurgemus sed
non omnes immutabimur Et quod
loquitur de resurreccione fina
li omnium sic declarat inmete

subiugens In momento et
in ictu oculi in novissima
tuba canet n' tuba et mor-
tui resurgent incorrupti
et nos immutabimur Oportet
Primo namque hoc quod presupponit quod duo sunt genera redemptionum, alterum hominum alterum ad hominum non videtur usquequaque verum et ne sit equiuocacio sermo est de redemptione facta per christum effuso sanguine pro nobis in sua passione. Certum namque putatur esse quod non sint duo genera passionis et mortis christi, ita quod altero genere mortis passus et mortuus fuit pro angelis, alio pro hominibus. Et cum sua mors et passio dicatur esse nostra redempcio non videtur esse dicendum quod sint duo genera redemptionum. Ultra si redemptio angelorum est distincta genere a redemptione hominum, cum genus dicatur sub se continere plures species oportebit tunc assignari multas species redemptionis in angelis. Ita ut diuersa sit redemptio superiorum et inferiorum vel qualitercumque multiplicari dicatur. Similiter etiam modo oportebit assignare diuersas in hominibus redemptiones, ita quod alia redemptione isti et alia illi dicantur esse redempti. Preterea cum constet de unitate redemptoris actionis mensure formalis et finis, quo hec redemptio distinguatur genere non videtur quod facile assignari. Nam quando una est eadem ratio obiecti formalis licet materiale sit de genere diuersum, non ideo distinguuntur genere motus. Unde dealbacio in homine equo et pariete, cum albedo que est formalis terminus specie non distinguitur. Licet ergo angeli sint distincti genere ab hominibus non propterea redemptio angelorum est distincta genere a redemptione hominum. Sicut sapientia aut beatitudo dicitur in utrisque distincta genere. Ultra de hac unitate redemptionis euidenter testatur doctrina apostoli hebr. ix dicendo non enim in manufacta sancta christus introiuit nec ut sepe offerat seipsummet. Quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitucionem peccati per hostiam suam apparuit. Item decimo capitulo et omnis quidem sacerdos presto quotidie ministrans est et easdem sepe offerens hostias que numquam possunt auferre peccata. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera dei de cetero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Una enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.

Ex hiis videtur consequens fuisse
quod non sit aliud redempcionis genus
respectu angelorum et aliud respectu
hominum. Que enim genere distin-
guuntur differunt specie et numero.
Dicere autem quod per duas aut plures
fiet non videtur convenire
cum premissa doctrina apostoli
quod una oblacione consummavit
in sempiternum sanctificatos. Nam
et si prout supra declaratum
fuit sint diversi gradus aut
modi participandi sive attin-
gendi effectum et graciam
redempcionis. Non tamen ex eo sequitur
quod sint plures, quemadmodum
illuminacio solis est una sed
modus participacionis luminis
et caloris diversificatur multipli-
citer. Est enim doctrina communis
quod modus non solum extrinse-
cus sed nec intrinsecus variat
speciem rei. Raciones quibus
nititur probare hanc diversitatem
premissa non videntur concludere.
Nam sic dicit quod preservacio pre-
supponit graciam in angelis.
Licet eciam hec preservacio b. virginis
dicatur facta esse presupposita
convenienti gracia. Item
diversitas peccati non facit diversam
redempcionem. Nam oporteret
assignare aliquam aliam redemp-
cionem respectu venialis peccati
quod genere distinguitur ab aliis
duobus. Et oporteret multi-
plicari respectu carnalium et
spiritualium peccatorum. Et cum
sub hiis tribus sint plura
genera vel species eo modo
quo in peccatis ista assignare
contingit diceremus similiter
redempcionem multiplicari.
Quod autem subdit angelos
esse creatos a deo immediate
per graciam et supra dixerat
quod fuerant in gracia creati

loquendo de gracia qua pos-
sent mereri et proficere. Con-
trarium tenet magister in secundo
distinctione v et multi in ibi doctores.
Sed quia de hoc non agitur
dimittendum est. Quod vero dicit in eo
quod non competat peccato seminis.
Videtur tangere illam viam
de qua supra actum est quod quasi
redempcio non fuit ante passionem
Christi. Constat tamen quod plures
ex patribus veteris testamenti in fide
et spe redempcionis ex respectu
dicerent passionem Christi plus forte quam
sub evangelio multi. Similiter
nec alia subsequencia obstant.
Si enim in gracia non conciperentur
homines de communi cursu non impe-
dit quin b. virginem matris sue
vel alii potuit deus graciam
pro primo instanti sue concepcionis
conferre. Nec ut dictum
est diversitas originalis peccati constituit
differenciam generalem redempcionis
quia sic dictum est. Ulterius eciam
dicendum est de veniali peccato.
Dicimus cum redempcio se extendat
non solum ad peccatum contingens
sed ad penalitates iuxta doctri-
nam apostoli Ro. viii quod exspec-
tamus redempcionem corporis
nostri et ipsa creatura libera-
bitur a servitute corrupcionis
in libertatem glorie filiorum
dei. Constat ergo quod huiusmodi pe-
nalitates in angelis non repe-
riuntur. Oportebat necessario ponere
in hominibus aliud genus redemp-
cionis respectu huiusmodi penali-
tatum. Dicimus nec clausio
ianue regni celestis. Nam
et sanctis et peccatoribus quantum ad
actum equaliter non patebat
sed aut de spe. Quod aut

Omnia videntur se tenere ex par-
te termini a quo Et cum posito
quod de racione redempcionis pro-
ut ex paradiso dicatur captiuitas
esset peccati licet ab hac esset inma-
non tamen in id terminaretur
redempcio Constat autem quod omnis
motus et operacio non a termino
a quo sed a termino ad quem
suscipit esse et denominacionem
Et unum quoque a quo habet con-
titatem ab eodem recipe dicatur
unitatem et pluralitatem Nec
certe in redempcione loquendo
prout ab eis assumitur sunt duo
Loca captiuitas peccati tanquam
terminus a quo et gracia siue
gloria quam assequimur cum
sit terminus ad quem terminatur
Concludendum igitur si redempcio
sit differens genere in ange-
lis et in hominibus Attendendum
ad donum gracie siue glorie
Incipiendo ab inferiori certe
Aliter esse notum in theologia quod
gracia per quam remittitur
peccatum originale non differt gene-
vel specie ab alia qua re-
mittitur actuale peccatum / una
etenim eadem gracia delentur omnia
peccata Est igitur questio de racione
preseruacionis ab originali si differt
genere vel specie ab illa a qua
quis preseruatur ab actuali pec-
cato Cum autem sit ydempti-
tas gracie in remittendo
quod alia specie distincta requiratur
in preseruando non videtur esse
facile assignare racionem diuer-
sitatis Gracia enim Christi non
dicitur differre specie a gracia
suorum membrorum Constat
autem quod in illo habuit effectum
preseruacionis qui fuit in gracia
confirmatus et consumatus in gloria
Dimittimus nunc gracia confirmacionis

apostolorum dicetur differre specie
ab ea gracia que in eis primo
fuit quamuis dicatur augmentata in
confirmacione Racio autem au-
gmenti denotat ydemptitatem
speciei Item in nobis effectus
gracie non solum est in re-
mittendo sed a peccatis preserua-
do prout supra commemoratum
est Similiter ergo possit dici de
gracia preseruacionis a peccato o-
quod non sit distincta specie graciam
vero ad donum glorie numquid
differat a dono gracie per
essenciam Multorum doctorum
determinacio est in sedo dispo
vnde quod non differt per essenciam
prout dicitur apostoli prima Corin-
Caritas numquam excidit / utique
caritas vie et caritas patrie
sit una et eadem Sed differunt
quantum ad statum et consu-
macionem Nec incorruptibili-
tas facit differre genere cum
proueniat gracie ab extrinseco
et non ex principiis nature /
Ex hiis ergo patere potest quod si
gracia vie eciam a dono
glorie non differt specie Cum sit
idem terminus scilicet gracia vie in
ipsis angelis Si intelligatur
prout racionabiliter intelli-
gendum est quod preseruacio saltem
ordine naturalis intelligencie
precessit in eis donum beatitudinis
Siue eciam dicamus preseruacionem
in ipsis per donum glorie quod
non sequitur / propterea esse aliud
genus redempcionis Cum terminus
terminus redempcionis non dicatur
differre specie ubi terminus qui
dicitur esse in redempcione hominum
Per hoc autem iam evidenter
manifestum est quod gracia preserua-
cionis in beata Virgine non dicitur

esurge vacationem redemptionis
de proximo simul stat preservatam
fuisse et redemptam / quia gratia
preservationis redemptionis vel pre-
servatione a gratia remissionis
a peccato non dicitur specie differre
Et aut remissio vel preservatio
sit respectu originalis peccati hoc est
a parte termini a quo secundum quem
non debet attendi ad specifica
vel generum rationem / hec aut
dicta sunt faciendo comparationem
ad redemptionem passiue sumptam
De actiua aut non dicitur hic
pro dubio quin sit una ergo
go sequi videtur quod si redemptio
non multiplex ex parte sed una
specie et numero esse dicitur / non
debere ad inconueniens imputari
Et sic in angelis redemptio
non dicit liberationem
a captiuitate peccati iam incurrente
sed defensionem a futura que
prouenire posset / Beatissima
virgo etiam si nunquam contraxit
peccatum originale verissime ac perfecti-
ssime redempta dici potest Eius-
dem patet ex expositione contraria
quod redemptio in angelis fuit
preservatio per gratiam confirmatio-
nem ne laberentur in peccatum sed
ut seruaretur a peccato actuali
et defenderentur a captiuitate
quam ex illo meruissent si commisis-
sent Et patet quod licet de ra-
tione redemptionis secundum al-
legationem suam sit liberatio
a captiuitate tamen hoc non solum
quam quis meruit sed quam
prius meruisset nisi preservatus fu-
isset / Quod vero quod post
dicebatur esse de intentione Ver-
onensis secundum auctores scripturarum illi
solum proprie dicuntur redempti qui
fuerant aliquando captiui peccato
statis offert in hoc non persona
attentionis causa ut verba

Declarat intencionem Ver[onensis] quod
in angelis dicitur redemptio
proprie

que recitat / Ver arguendo ex
contraria parte et ipse illis
obstantibus determinant declaran-
do contrarium quod dixerit
quia que sunt aduersarij ar-
guerant esse de sua intentione
Et aut hoc euidenter pateat po-
nuntur verba Ver in forma
Exponens enim illam auctoritatem
apostoli prima Cor primo Ex ipso enim vos
estis in Christo Ihesu qui factus est
sapientia nobis a deo iusticia et
sanctificatio et redemptio Et ponit
exemplum de pastoribus / enim licet
verbum hoc erat apud deum
tamen eo tempore factum est pastoribus
quando vel reuelatione fama
venerat vide verbum quod fac-
tum esset et deus ostendisset
eis immediate / post hoc con-
tinuando et sic loquendo de
Christo In principio sapientia erat sancti-
ficatio et redemptio scilicet angelis
et esset et hominibus fieret cum
hec omnia pater et fecit quod
prius / Deinde qui factus est vel
nobis sapientia a deo et non aut
semper qui factus est sapientia
sed qui factus est nobis sapientia
Et quia quod erat angelis fac-
tum est et nobis Et ange-
lis iniquis quoniam nondum re-
demptio fuit non videtur Nec
enim auctores scripturarum usquam
assentire videntur eos aliquando
a peccato contraxisse captiuos
aut morti obnoxios ut necessaria
necessariam haberent redemptionem
Exceptis dumtaxat illis qui
superbie lapsu irremediabili
corruerunt redimi deinceps
non merentur / Sic itaque nunquam
angeli redempti sunt alij utique
non egentes alij non prome-
rentes illi quidem quia non lapsi sunt

Dm aut quia irrenocabiles
quo pacto tu dicis domin
istum eius fuisse redemcom
Audi breuiter qui erepit ho
minez lapsum dedit stati
angelo ne labetur / sic illu
de captiuitate eruens sic
hunc de captiuitate defendens
Et hac racione fuit eque vtriꝰ
redemcor soluens illum et
saluans istum / Libet ergo sal
bis angelus dm xpm fuisse
redemtorem sic iusticiam
sic sapienciam sic sanctifi
cacionem / Et michi ming hec
ipa quatuor ee factu propter
homines qui inuisibilia dei
per non nisi ea que facta sunt
intellecta conspicere pnt. Er
go omne quod erat angelis
factus e et nobis / Hec ille
Ecce manifeste intuentibus
patz omnibꝰ quo incongrue
imponebat / Ver nō esse
de sua intencione redempcio
ne vere et proprie angelis
sanctis competere / Inde
manifeste confirmat hanc doct
rinam ꝙ pfirmacō b ꝯgue
ab ori li presto includit quē
admodum in angelis sub
effectu redempcionis / Et atten
dendum e verbum qd dicit
Et hac racione fuit vtriꝰ re ap
demcō scꝫ homi et anglo
specificando causaz uel mo
dum soluens illum et se
uans istum / Itaq3 si fuit a
gelis et homi eo equo rede
cio / Jam ergo non ut psup
ponebatur redemcō compe
tens ipsis distinguit quē
ssa ꝙ Dementacione Ver fuit
in hc sermone xx iiii speale
aliquid dicere / patꝫ ꝯcione
dracione mixtie qua ne dum
in isto sꝫ in supius proxime
fecit satis plene / Debit en
in specti sic / tpus esse ut p
solucem ꝙ de vngentis spō
si longe supra promisisse
me mem si non hūg sermo
nis latitudo uetaret / Diffe
ratur nam et matie digni
tatis molesta breuitate
non patitur / In hc aut sermo
ne dicit sic / Decet aliquis
desine iam comendare / satis
cum ea apcius assignare
apparebit quid sint / postqꝫ
aut dicit multa ad comen
dacionem matis comemorando
suos labores et fatigacōes
ac desiderium ad contempla
cionem tue incipit exponere
predicta uerba apli et e inte
cionis sue ꝙ ia sint quatuor
vngenta sponsi / Nonnul aut
ꝙ hc sermone maxime atte
dendum e ad sublimetum
hung dotthe / dt em sic / sꝫ
lig suauis donug vnuisꝫ
maxime domesticis / tam
et / gusto quib ei familiaris
pro uite mitis ac mentis
puritate apciat appetat / tato
cum arbitror recencior glo
matum et magnis suā
uioris sentire flagrancia
Hec e quod supra dicebā
ꝙ redempcionis effectus dicā
interior e racione plenius
vis gratie non aut racione
maioris subiectionis ad cul
pam subesto incipientē pꝫ
Item Ver id De hac ma
redempcione angelorum et
homi specificat amplius
in sermone de exaltacione
sancte crucis / qui incipit
Cristus fuit mortuus
pro angelis et homībꝫ

Virga nesse sic dicens De
celum igr spiritum volueri
bus non mediocr. Gyganti
bus impressio facta e. Hec
turalis que xpo conugente
ita e resarcita ut nichil
videatur celinificum inesse
Ps. aut in verbis et pro vi
visibus confirmus vtrosque cla
no corpis sui validus nec
tit et corpus proprium inc
turis opponit ne valeat
resilere Terra vero rugit
celum et terram, et in ete
trahit omnia, Per premissa
aut evident consusez intuici
pt, quo racones ex adūso
impugnates hanc doctrina
de sancta conceptione btis
sime virginis racone redem
tonis dicentes sequi redem
tam non fuisse non obstat
quinymo ut iam dudum modo
ostensum e racione huiusmodi
preservacionis nobiliori ac pfecti
ori modo redempta dici pt
fuit aut necesse sup hoc
plenius dici qm ut memo
ratum e hec medium de
redempcione ex adūso velut
inconvinabile reputa Jam
ergo preservatis declaratis tria et
nona proposicionibus vzt
quod ex hec b virgo preservata fuit
ab omni peccato ipa perfectissime
redempta et pt perfectissimus
dici pt redemptor ac me
diator Accreditur ad decla
randum alias restantes pro
posiciones in quarum expositione
racione facilitatis materie
Vel quia sup ea non tanta
sit dissensio non tam im
morandum erit

Restat quarta proposicio
Quod non obstante huiusmodi

Quod aliquid dicitur esse
purgatum quod aliquando
fuit immundum

preservacione

preservacione beatissime dei ge
nitricis virgo maria ne credi
fuisse purgata, purgacio
in sacra scriptura et si fre
quenter sumatur pro emunda
cone ab aliqua immundicia
corporali vel spirituali prius ex
in subiecto Levi xiiii de
emundacione lepre Prover. 20
per miam et fidem peta
purgantur, tn eciam aliquando
competit ei in quo nec ignora
cia vel immundicia culpabilis
dicitur esse Jo. xv Ego sum
vitis vera et pr meus ag
ricola e Omnem palmitem
non ferentem fructum tollet
ea et omnem qui fert fruc
tum purgabit eos ut fruc
tum plus afferat Constat
aut quod palmes qui fert fruc
tum in ro nullus habet culpabile
vicium et tn ut dicit quod pat
ruus celestis purgat huiusmodi
palmitem, Pa. clarius de hoc
habetur Luce 2 et ad presentem
spectans materiam Luce ii°
postquam impleti sunt dies pur
gacionis marie secundum legem
moysi Constat aut quod b
virgo ex eterna concepcione
filii nullam incurrit maculam
sive immundiciam, ymmo ha
buisse creditur maiorem
ex primo excellenciam gracie
Et sic dicitur quod ideo dat intel
ligi nullam pfuisse impul
litatem qui subiungit secundum le
gem moysi Ergo multo
amplius probat intentum
quia tunc temporis concedit quod
multa dicebantur purgare in
lege moysi in quibus aliqua
macula sive immundicia ante
non processerat Sic legimus

carnis xpi quod paulus puri-
ficatus est ut intraret in tem-
plum Constat tamen in paulo
non fuisse maculam culpe
Item nec potest dici illam
purificationem factam ad dele-
cionem venialis culpe quia
cum cerimonialia veteris legis
in passione christi perdiderunt virtu-
tem continuacionis primo in illis
ab huiusmodi effectu ... Et quod pre-
cepta dampnabilia non essent
quibusdam utentibus Preterea
dicitur ab aug. in de conceptu
virginali quod beata virgo per fidem
incarnacionis christi dicitur munda-
ta et tamen constat quod tunc
nullam habebat culpabilem
maculam Quod angelus
prodixit salutando Ave gratia
plena Preterea christus filius virginis
dicitur segregatus a peccatoribus
ipse tamen magnam peccatori-
bus fuit coniunctus nec loquitur
hic de segregacione corporum
ad locum quia de hoc ma-
xime murmuravit phariseus
quod peccatores familiariter reci-
peret et manducaret cum
illis luce xv. Preterea in an-
gelis eciam secundum dyonisium
de angelica Ierarchia dicitur
esse purgacio et tamen nunquam
in illo fuit aliqua infec-
cio sive inquinamentum Item
ad videndum quomodo beata virgo
purgata dicitur in qua tamen
nullum fuit peccatum oportet
intelligere de modo purga-
cionis in angelis Propter cuius
evidenciam intelligendum
est quod in ipsis dicuntur esse tres
actus Ierarchici scilicet pur-
gare illuminare et perficere Et
omnes isti tres actus generantur

De purgacione angelorum erudicio et eluciacio

quando angelus superior docet seu
revelat aliquam veritatem
inferiori angelo quam primo
nesciebat dicebatur In huiusmodi
autem mocione qua habetur
nova noticia veritatis Sicut
in quolibet motu est ita consi-
derare terminum a quo terminum
ad quem et medium dispo-
nens ad assequendum terminum
ad quem quem prius intendit
Terminus a quo id est illud a
quo ille incipit motus con-
dicionis aliquid contingit quod
sit error vel ignorancia
ut patet si ille cui docetur
habebat primo erroneam
opinionem contrariam veritati
Quemadmodum est in conversio-
ne infidelis ad catholicam
fidem primo enim credebat
opposita fidei vel si nescie-
bat et tenebatur scire id quod
docetur de novo sicut est in
quibusdam adultis qui nesciunt
symbolum Aliquando vero terminus
a quo non est error vel igno-
rancia sed est simplex ne-
sciencia veritatis Hoc est quan-
do ille qui docetur nullam primo
habebat opinionem de pro-
posito vel de opposito illius
de quo instruitur nec illud sci-
re tenebatur sicut est in pueris qui
primo incipiunt addiscere nichil
enim primo habuerunt contra-
rias opiniones Nunc autem
sic est quod in angelis bonis non
potest esse error sed nesciencia
simplex potest esse et est in eis
quia non omnes omnia sciunt
Terminus autem ad quem in
purgacione angeli intenditur
est ipsa cognicio veritatis de novo

revelate per quam intellectus
perficitur. Tercia vero ad hoc
disponens vocatur lumen
ostendendo nomine luminis
ad omnem manifestationem ve-
ritatis. Unde dicit apostolus Ephe-
sios v. Omne quod manifestatur
lumen est. Hoc etiam dicimus
quod lectio magistri est lumen di-
scipuli. Et predicatio doctoris
lumen populi. In angelis ergo
dicitur purgatio expulsio tenebrarum
a quo id est illius simplicis ne-
sciencie que erat primo in eis.
Illuminatio est inquisitio medii
predicti. Perfectio autem vocatur
assecucio notitie veritatis per
quam scilicet ius perficitur intellectus.
Tercio quia in angelis est pur-
gatio absque omni macula scilicet
inmundicia. Prius autem loco
absque omni errore vel igno-
rancia prava. In nullo enim
angelorum dicitur esse ignoran-
cia vel error, sed intelligun-
tur tanto magis purgari
quanto amplius efficiantur confor-
mes illi purissimo enti scilicet
deo in quo ita nesciencia
esse dicitur. Purgatio enim de
sua racione licet purgacione macule
non dicit depurgationem
a contrario sed illud quod de-
puratur potest esse quod magis
sit mixtum sive coniunctum
Et dicit regressum approquia-
tionem vel assimilationem
ad illud quod est sine tale.
Quod patet in hiis quatuor
exemplis. Dicimus enim in lumine
quod istud lumen est minus
et illud maius, non tamen
ideo dicitur illud minus quia plus
habet tenebre admixtum

et aliud maius quia ...
de tenebra minus. Quia ...
plus accedit ad naturam pu-
ri luminis. Constat enim
quod lumen et tenebra
eodem subiecto sunt impos-
sibilia contineantur. Et dicitur in
gradu remisso sicut calor
et visus. Omnis enim vel parum
videt simpliciter cecus non est.
Similiter est in motu intenso
et remisso. Nullus namque
motus compatitur secum in quo-
cumque etiam minimo gradu
contrariam sibi quietem. Di-
cimus enim quedam specula
munda et quedam mundiora.
Et hoc modo sic habet in illis sanctis
spiritibus, et quanto sanctiores
et doctiores sunt tanto dicuntur
esse purgatiores, quia simplicitati
divine sunt propinquio-
res. Ex predictis manifeste
intelligere possumus quod
in hominibus potest esse purga-
tio non solum quo ad intel-
lectum sed etiam quo ad af-
fectum et tamen quod numquam
in intellectu prefecerit igno-
rancia nec in voluntate
inmundicia. Unde quamvis nulla
creatura est ita perfecta que
in se habeat nullarum perfectionum
defectus. Unde dicitur quod licet
in anima Christi esse creditur
omnis cognitio veritatis et
omnis affectio caritatis cuius
capax esse potest, quia datus
est ei spiritus non ad mensuram,
tamen ei deficit immensitas eterni-
tas omnipotencia et similia
que sunt perfectiones simpliciter.
In aliis vero creaturis quarum
perfectiones deus in numero pondere
et mensura disposuit. Nam

[illegible] in hominibus purum proficere.
Non est intentionis dicere de spiri-
tuali caritate in beatis sed
quantum ad alia multa in
angelis et in quibuscumque
beatis continue potest fieri pur-
gacio in intellectu et affectu
absque omni precedente ignorancia
vel vicio. Et ideo dicimus quod
omni die purgantur studentes
et eciam doctores in studio quia
proficiunt in sciencia. Religiosi
autem in claustro quia proficiunt
in sanctitate. Et quia Non in-
de hic dicimus quod doctores prius
fuerunt ignorantes et religiosi
culpabiles. Applicando hec ad
intentum de purgacione virginis
manifestum est quod in anima
eius prout consideratur in pu-
ris naturalibus erat simplex
nesciencia multarum veritatum
non tamen ergo sua natura ei com-
petit altiorum meritoriam ca-
ritatem. Fuerunt autem hec insi-
ta sibi a deo ab initio sue
originis. Constat ergo intelligi
purgatam et a nesciencia et
a defectu caritatis que eam non
inerant ergo sua natura. Sed
ultra hec additur quod beata virgo
specialiter purgata esse dicatur
scilicet ab ignorancia et inmundicia
non que actu sibi inheserunt
sed que racione sibi debebant
inhesere ergo modo sue concepcio-
nis eam cum omnibus aliis
hominibus si dimissa fuisset
sue nature et non deo purga-
ta fuisset, pervenisse in ipsam
dono gracie et sapiencie.
Constat enim quod omnis homo con-
ceptus in originali peccato necessario
necessitate virtutis caritate contraxisset
ignoranciam in intellectu

Beata virgo purior angelis
et dicitur ipsos purgare

et inmundiciam in affectu.
Unde si beata virgo peccatum originale
contraxisset ista duo eam ne-
cessitate sibi inhererent. Recte
ergo purgata dicitur postquam fuit
preservata ab ignorancia et in-
mundicia que sibi necessario
inhesere debebat. Sic nos
dicimus quod unus homo per aliud
vere a morte liberat non quod
eripuit eum a morte que si-
bi primo actualiter influisset a
qua solus deus potest homines
suscitare sed quia nisi liberas-
set necessario mortem incurrisset.
Tamen ergo ex dictis evidentissi-
me patet dicta questio proposito
quod non obstante preservacione ab
omni peccato nichilominus virgo beata
vere dicitur esse purgata. Pos-
set autem aliquis dicere hanc
deductionem non esse congruam
pro eo quod non facienda sit com-
paracio de purgacione angelorum
ad purgacionem hominum. Cum
illi sint substancie spirituales pu-
rissime absque omni labe inmundi-
cie homines vero absque de-
ficiat exemplum. Verum ista
obiectio commemorare possit
super positam doctrinam beati an-
gelici sancti Thome qui dicit quod beata
virgo excedit omnes angelos me-
rito puritate. Itaque comparacio
ad puritatem angelorum non
impedit. Cum ipsa purior il-
lis esse dicatur immo ergo hec
singulariter confirmat intentum.
Constat enim quod quanto sup-
eriores sunt angeli tanto mino-
rem habet locum in ipsis purgacio
quia superiores dicuntur purgare
inferiores et non econverso pro eo quod
in illis maior et in istis minor
puritas reperitur. Purgacio ergo
que fit in superioribus angelis

ca multo sequestratior est ab im-
puritate / quia quanto sunt superio-
res tanto accedunt magis ad
divinam puritatem. Cum ergo b(eata)
virgo purior angelis esse dicatur
declaratum est quod purgatio sua
multo longius abest ab omni
impuritate quantumcumque purgatio
fiet in angelis / Unde merito
ad declarandum de puritate sua
comparatur deducatur de purgatione
angelorum. et ergo hoc sufficiat
cum in ipsa multo maior resplen-
deret puritas. Addit ad hoc quod
non solum ipsa purgata dicitur
per ad modum angelice non est
purgationis humane quod fit
ab immundicia contracta actualiter
Verum quod ipsa purgare dicitur
omnes angelos multo perfectius
quam inferiores a superioribus pur-
gari dicantur / Hoc autem facile
deducitur si sequamur illam doc-
trinam que dicit quod quilibet angelus
ab alio differt specie. Et
cum tot sint species sicut numeri sequitur
quod primus angelus supremi ordinis
maioris perfectionis est in esse nec
quam omnes simul inferiores. Et
secundum istam doctrinam communem
secundum Dionysium et novem quanto
magis sibi alte et sapiencia
amplius perspicaces creati sunt
et etiam maioribus gracie mu-
neribus sunt prediti. Unde dicit me-
lior natura quibus amplius
fuit collatum de sapiencia et
gracia / Unde in superioribus
omnis perfectio que est in inferiori-
bus relucet multo plenius.
Cum autem in ibi maiori sapientia
pollet alios dicitur magis pur-
gare / ergo supremus angelus
dici potest purgare omnes infe-
riores. Et quoniam beata virgo

exaltata est super omnes choros
angelorum. Cum in ipsa multo
habundancius omnibus ange-
lis reluceat sapientia quam ipsis
conveniat / Sequitur quod ab ipsa po-
cius dicuntur purgari. Non
ergo reputari debet absonum quod
ad declarandum purgationem
suam deducatur de purgatione
angelorum. Cum ipsa etiam illis
purior ac ipsos purgare dicatur
Est autem de sapiencia et gra-
cia amplius sit in beata virgine
quam in omnibus simul angelis
consistere potest. Notum est etiam
corporalia considerantibus. Unde n(on)
magnitudo molis non affert
ad vastissimum virtutis. Sed potentia
maior esse dicitur in attingendo
plurium obiectorum et perfectiori
omnium impositum subiectorum
in huiusmodi excessu non compar-
patur in opulencia diviciarum
Secundum unus solus dicior est
potest quam mille si plura possideat
in pulchritudine ut infra exempli-
ficatur de Dyana si una
sit mulier in qua nulla defor-
mitas sed omnis assit pulchritudo
in suavitate colore proporciona-
ta commensuratione nasi colori
oris et ceterorum partium corporis
ipsa pulcior dicitur quam alie
licet quam singule aliquid
de pulchritudine deficit. Nam sue
pulchritudini nichil addi potest etiam si
omnes congregate in unum vir-
tute soli adequantur / In visi-
in perspicacitate amplius est de
visiva virtute in homine qui habet
oculos claros sua virtute per-
fectos quam in centum et mille
lipposis qui hic plura contra
minima a longiori percipit
quam illi simul omnes. Unde sola
aquila plus videndo solem

quod in sola virgine est plus de sapiencia et gracia quam in omnibus sit sanctis

attingit de ipsius splendore
quam homines multi. Similiter
est de vi adoratiua in so-
lo vultu quam in animalibus
ceteris. Hoc etiam patet in
spiritualibus multo plus et
de scientia gramatice in solo
magistro docente quam in audi-
torib(us) puerulis nouiciis vel medio-
criter doctis. Quamuis amplitudo
sciencie grace consistat in
attingencia plurium a perfecto
multorum magister plura in-
telligit vocabula et doctius
scit distinctiones a peruulis co-
ponere, nec multitudo disci-
pulorum confert ad magnitudinem
sciencie quoniam nichil ad-
dit ad unius vel plurium
a perfectiorem attingenciam
obiectorum in quo dicitur consi-
stere perfectio sciencie. Similiter
est intelligere de sciencia lo-
gice et musice vel alia q(ua)-
libet etiam theologie veritatis
facultate. Et enim unus so-
lus plura de deo cognoscit
et quodlibet illorum perfectius quam
multi qui non sunt tam scho-
lastice docti vel adeo in-
genui. Et in ista similitudine co-
gnicionis simul cum dilectione
perfecta dicitur maior et minor
glorie esse in eterna beatitudine.
Docet etiam sacra scriptura
tradit nobis doctrinam. Nu-
meri xi dicitur quod auferet deus
de spiritu moysi et ponet in
septuaginta senioribus israel.
Ubi enim commentator exponit moy-
ses nichil perdidit de spiritu
prophetie siue intelligencie
qui primo in eo fuisset. Sed
intelligencia illorum com-
paratur ad spiritum moysi sicut
partes ad totum. Nam

ad quecumque intelligenda atti-
gerit illorum spiritus attinge-
bat spiritus moysi et ultra
hec alia ad que illorum
spiritus non attingebat. Si-
militer est intelligere de pro-
cessu vel magnitudine ca-
ritatis. Quia quid amplius
diligit deum et multo in-
dissolubilius unitur ei
habens caritatis gradum ut
decem quam centum quorum
quilibet habet caritatis gradu-
um tria vel quatuor. Sic ergo
intelligere possumus quod in
anima christi fuit non ad me-
suram spiritus quia de ipsius
plenitudine nos omnes acce-
pimus graciam pro gracia
Ioh. primo. Et ideo quia in sola
anima christi est amplius
de sapiencia et gracia quam in ce-
lis. Unde communiter dicitur
quod ab ipso tamquam capite in
omnia membra sua deriuatur
sensus et motus. Omnibus gra-
dus caritatis et sapiencie
in aliis omnibus comparantur
ad id quod est in christo velut
partes ad totum. Sic ergo
quantum ad nostrum intentum
possumus intelligere in beata
virgine plus gracie et sa-
piencie consistere quam in omnibus
simul angelis et sanctis
atque omnibus aliis. Sicut
dictum est de spiritu moysi
et septuaginta seniorum
ad graciam virginis comparantur
velut partes ad totum. Et
ista videtur sententia Ieronimi in
supradicta ubi dicit ceteris per partes
prestatur marie vero totam se infudit

gracie plenitudo. Secus
manifeste licet concludere quod
tempore purgationis ange-
lice non accidit ymmo infer-
tur ad hoc argumentum quod me-
rito dicat pater circa etiam ange-
los purgare quam ipsa eis mi-
nistrante multa novit prius
cognoscere. Licet etiam concludere
id quod in tota deductione
ista prius intenditur quod cum
hec virgo tam incomparabiliter ex-
cedat omnes sanctos in eo quod
huiusmodi excellencie contrariatur
nullatenus decet iudicare
de ipsa aliorum communi men-
sura. Constat autem quod peccato
originali ad huiusmodi excellenciam
non conferre sed contrariari
vel distrahere.

Erat quia propositum
quod non obstante huius
preservacione hec virgo sancti-
ficata esse dicatur. Sed tunc
insurgit questio quomodo dicatur
esse sanctificata cum ipsa semper
fuit sancta. Respondetur
ad contrariam legis divine
nullam hic ingerit dubita-
cionem. Sancti enim dicuntur sancti-
ficari licet actualiter sint sancti
apocalipsis ultimo: qui sanctus est
sanctificetur adhuc. Item
deus qui est sanctus sanctorum
dicitur sanctificari ysaye v°
deus sanctificabitur in iusti-
cia. Cotidie etiam dicimus
sanctificetur nomen tuum quod
tamen constat semper fuisse
sanctum. [illegible] deus dicitur
a nobis sanctificari ysaie
viii dominum exercituum sanctificate.
Ipsa per iii. deum. Iohannis x°

sanctificate in cordibus vestris
ipsa vero dicitur sanctificari Jo.
x quem pater sanctificavit
et misit in mundum. Item xvii
ego pro eis sanctifico me
ipsum. Unde cum in scrip-
tura sanctificacio multi-
pliciter dicatur pro deputacione
cultum dei et dignitas sancti-
ficata est diem sabbathi
anni iubilei templum sacer-
dotes decimas et primici-
as. Item pro mundicia ve-
stium et abstinencia a cibo po-
tu et coitu cum uxoribus
quo erat sanctificatio in le-
ge veteri Exodi xix Num. vi
pro mundacione a peccato Le-
vitici [illegible] de ventre
sanctificavi te. Vel pro
ostensione commendacione et
predicacione sanctitatis et ita
mundatum est nobis. Dominum
exercituum et xiii sanctificare
ex provocate sanctitatis infu-
sione qua [illegible]
primum ex deo magis grata
efficitur et competit xpo
in predictis autem hec. Secundo
hec virgo dicitur sanctificata
qui per donum sanctitatis
infusum in sua personali
conceptione deo primum et
postea magis grata fuit.
Et dicitur sanctificata duplic-
uel a carencia sanctitatis
que sibi ex sua condicione
nature non inherebat. Vel
ab immundicia vel macula
que sibi naturaliter inherere debe-
bat nisi per sanctificacionem
huiusmodi in sua personali con-
ceptione fuisset preventa

Sanctificacio dicitur multis

De no sancto
sctm fi cor-
grie puatiue
et negatiue

Intelligencia huius patz in su-
priori propositione. Circa aut
singulari attendendum qꝫ
prout habetur ex doctrina sctī
Thome in tcio dis tcia in ia
questione Utrum xᵒ conuenit
sanctificari / sctificatio non ne-
cessario presupponit culpam fuisse in eo
quod sctificatur. Nam sctificari
dicit ex sancto magis uel
ex non scto sctm fieri et in sctī-
tate continuari. Cum aut di-
cit ex non sancto sctm fieri hoc
pt intelligi tripliciter / vz contrarie
et sic ex peccatore sanctus fit.
Vel puatiue ita qꝫ ipso non
ens in subiecto culpa vel gra
Et de hoc pt exemplificari
in primo homine / scdm illos
qui dicut qꝫ non fuit creatus
in gra gratum facientem / sic
videt tenere magr in 2ᵒ dis
xxiiij et in tcio dis xv
Similr posset exemplificari in
angelis quos etiam dicit
non fuisse creatos in gra
de in 2ᵒ dis v et xxviij
Tercio modo dicit qꝫ pt de no
sancto sctm fieri non quidem
contrarie et puatiue scdm
contingenti et vocat incomn-
ctens quod simul cum termino
stare non pt quod non solum
est contrarium et priuatio sed
negatio. Et ipso tenet qꝫ xᵒ
conuenit sanctificari / loquen-
do de creata sanctitate / qꝫ
de non sancto factus est sctus
sic de non homine factus
est homo. Ex quo patz qꝫ si in
xᵒ sanctificatio habet locum
intelligendo qꝫ de non scto
factus est sanctus euidenciā
rationis demonstrat qꝫ sctifi-
catio de sui ratione non presup-

ponit culpam in subiecto fuis-
se. Ex quo ad istud dicitur sanc-
tificatus in quo nulla fuit
nec stante diuina ordinatio-
ne potuit esse pctm / Unde
ex hiis manifeste concluditur
qꝫ b virginis sanctificatio
non arguit in ea fuisse pctm
origīle. Sexta propositio fuit
qꝫ non obstante huiusmodi preserua-
tione b virgo fuit subiecta
siue affecta multis penali-
tatibus que prouenerut ex
primo peccato / Dicitur enim qꝫ
fuit affecta non tm volunta-
rie sed necte nature / pro
declaratione huius in quo ma-
xima ex aduso fit refragatio
est oportebit recitatis compli-
care radicitus / presuppone id
quod Itemq in symbolo fi-
dei ab eo composito professa
est ab omnibus fidelibus de ne-
cessitate est credendum. Dicit
enim symbolo sumpta est illa
auctoritas famosa decreti xxiiij
q 1 hec est fides papa btīme
dicit aut fere circa medium illius
Hic aut confitemur in xpo
unam filij esse psonam ut
dicamus duas perfectas atqꝫ inte-
gras esse substancias id est
deitatis et humanitatis que ex
anima continetur et corpore
atqꝫ ut condemnamus fortius
qui solum et nudum hominem
confitetur esse in xpo. Item ana-
thematisamus apolinarem
et eius similes qui dicunt
dei filium minus aliquid su-
scepisse de humana natura
et uel in carne uel in aīa
vel in sensu assumptum hominem
huius propter quem assumptus
est fuisse dissimilem qm

absq3 sola peccati macula ra-
lis non e nobis conformem
fuisse confitemur. Illud qz
similit' peccaramus blasphe-
miam ic. Circa auctoritate
textum habentur duo q' vi-
dentur spectare ad nrm inte-
tum. Primo quoniam in omnibz
que spectat ad condicionem
nature humane xpus fuit
nobis conformis pt' solam
maculam oribus pcti. Et ita
videtur ex doctrina apli hebr
secundo ubi loquendo de xpo dt
debuit per omnia fratribus as-
similari. Ideo qz conceptis q'-
tuitis omnia alia que insut
omi homi et vniusalit' per
prodium poterie hitus et pas-
sionis pter pctm nalia dur
Patz clare ex eo qd Iohannes
docet supra. absq3 sola pcti
macula que ralis nc e nob
conformem fuisse confitemur
qz qz minus aliquid suscepis-
se de natura humana asse-
vere hereticum est. Hoc etiam
idem docet aug9 in Enchi-
dirion c iij qita dis. Nichil
nature humane in illa su-
sceptione pcias est dice defu-
isse. Istis premissis dicit
primo qz mortalitas siue aptido
moriendi famescendi siciendi
fatigacionis et alia multa
que penalia dur sut nobis
naturalia. Patz quia dt Iohannes
qz xpus assumpsit totum quod
est de humana natura. et co-
stat huiusi in xpo fuisse et sic
dicuntur hec partine ad condi-
cionem nature. Secundo quia
iuxta sententiam augni in po
retractationum. naturale dicitur
dupl' Vel a natura prout
consideratur in statu insti-
cie seu innocencie. vel prout
ut nunc e in statu corrupcio-
nis inito primi pcti. Secundo con-
dicuntur ista nalia a condicione
nature corrupte. Et ex hec
penalitas vocantur. sed ut
plenius intelligere liceat quo
hec sut nalia. dicit secundo
qz huiusi passiones aptitudi-
nes mortis famis sitis et
sut nales non solum pro
statu nature corrupte s3 inte-
gre. non quidem prout hec e ex
intencione forme aut particu-
laris agentis sed uel ex condi-
cione nre aut intencione agentis
vel principii uel cause gnalis
ad ce omni intendentis et opera-
ntis ita qz huiusi et etiam erat
in statu innocencie in paradi-
so terrestri sed dr inter Ista naqz
in aptitudine. hic aut in sta-
tu miserie insut de necessitate
Et declaratur quantum ad pble
s3 de hominis mortalite est
comunis doctrina augni et om-
fere doctorum dis xix in secundo
qz primus homo in statu in-
nocencie erat mortalis et
inmortalis. Ita qz ad vtruqz
habebat in se aptitudinem
sed erat mortalis ex condicione
nature et poterat ee inmor-
talis ex dono gracie et au-
xilio nature. Mors enim pt
homini contingere triplicit' scilicet ex de-
ordinacione complexionis sic
ex sup habundancia cibi et po-
tus nimia fatigacione quu-
dine uel ex similibz Tale
enim accelerat mors homi con-
hec genus mortis in statu in-
nocencie erat scilicet concedendo
s3 indiciud racionis qo poterat

Loquitur de condicione pe-
nalitatum in homine

homo omnem contrariam deordinationem vitare. Verum quia hoc non sufficiebat Erat etiam super hoc auxilium ex dono gratie originalis iustitia que habebat rectificare omnes actiones suas et passiones ne ulla deordinatio eis contingeret. Secundo contingit mors ex defectu humidi radicalis ut patet in longissima senectute. Ad hoc erat speciale remedium uti cibo qui ibidem est maxime virtutis ad vite humane sustentationem. Sed quia hoc non sufficit quia continue fit deperditio et diminuitur paulatim vigor complexionis humane. Aderat super hoc auxilium gratie sumere de ligno vite quod restaurat in totum humanam virtutem. Ita ut si senex comedat statim iuvenesceret in complexione. Tercio contingit mors ab extrinseca lesione ut ex percussione suffocatione combustione vel similibus aliis casibus. Hoc erat remedium naturale prudentie virtus qua poterat cognoscere ut precaveret sibi nociva. Verum quoniam dormiens uti auxilio uti non posset in parvulis etiam nondum capacibus rationis istud defecerat. Aderat auxilium gratie scilicet divina providentia assistens homini quamdiu homo vellet innocentiam custodire se servaret cum ab omni nocumento nec permitteret quodlibet sibi lesionem inferri. Unde ysidorus Si homo non peccasset nec ignis eum ureret nec aqua mergeret nec aer suffocaret nec omnia que nocent

mortalitatibus eum impediret. Sequitur manifeste apparet quod immortalitas solum competebat ex dono gratie. mortalitas vero ex conditione nature. Et hoc est quod dicit augustinus super Genesim ad litteram quod sic fuit conditus israelitis quod quadraginta annis vestimenta eorum non veterascerent. Ita Ade fuit conditum ut non moreretur. Unde dicit sic Quis enim dubitat homini obedienti et pie vivere deum prestare potuisse quod credimus cum non dubitet vestibus israelitarum impertitum decorem in suo genere statum ut per annos quadraginta nulla vetustate detrimenta paterentur. De hoc autem sacra scriptura loquitur specialiter deuteronomii viii. Ex hiis apparet quod cum hec auxilia gratie contra triplicem sufficienciam causativam mortis eciam hoc quasi totaliter in paradiso inessent. Ergo quod aliquis contra peccat originale peccatum et fuisset nudatus ab eo si ibidem poneretur et hiis uteretur remediis vel aliquo equivalenti adderetur hoc propter iustitiam originalem non diceretur quod perpetuo viveret sed viveret tamen diutine quod quidem reputantur etiam. dummodo deus larga mortis suffragia eciam cum continuaret. Exemplum ad hoc habemus unum exemplum de duobus Enoch scilicet et Helia quorum alter plus quam duobus alius plus quam tribus milibus annis ibidem vixit. Et quod hoc sit verum patet quia cum homo ex ipso paradiso fuit eiectus

apposita e custodia reddendo
causam ne forte mitet man
et sumet de ligno vite et
comedet ac viveret inetnu
Gen iij Et ex hoc aparz quo
intelligenda sit doctrina apli
Ro viij Corpus propt
petm mortuu e quod aug
exponit id e neccitz morie
di hz in se Item eni insit
hoim apdo nalis ad mortem
nec ex vtute nec pt resiste
ex quo propt petm dictus
est a padiso terrestri / vbi
suffragabat ei sufficient
contra mortem multiplex
tam nale qz diuinu au
xilium / Et nunc in statu mi
serie qntum ad hoc dimissi
est sue nature manifeste
constat qz propt petm in
flicta e ei necessitas morie
di Ex predictis dicit tertio qz
mors ac huiusmodi prie pena
litates non vident eundem
testimonium contrahendus orl
peti / patz ex iam dictis
ex quadruplici consideratione
Prima e si deus quando for
mauit primu hoiez extra
pdisum ut dicit comuniter
in agro damasceno non
posuisset eum in padiso te
stri sz in hoc mudo dimisisz
eum qz vtetur cum aere
et cibo sic nos vtimur nec
dedisset ei originalez iustciaz
vl sibi quod declatum assi
stet spal diuina prouidecia
tam ei deficeret ptatum
auxiliu nature in magna
parte et tum hoc deficto
illud auxiliu gratie quo
spal pseruatur a morte quo

non sequitur mors eius etiam
si contigeret eum non peccasse
Secda e si hodie ut pdicauit
Jo baptista qz deus poterat
suscitare de lapidibus filios
abrahe uel de digitto aut
costa hoiis / sic formata fu
it prima mulier deus faceret
vnu vl plures homines mira
culose isti licet non contraherent
orle petm / tn sibi illa tria
sibi deficerent et in hoc mudo
et in hoc mudo ut nos comuniter
viuerent tum mortales essent
non ne moveret de loco an sic
alij qui contraxerunt orle
petm attento qz sibi eius ne
tum omnibus alijs contrahenti
bus Tertia consideratio e quo
qz ratione peti orlis sit debita
mors hoim ab isto debito ob
soluitur quando iam quis fit
mortuus Quartus igitur et qui
qui fuerunt per xpm et aplos
suscitati videbant iam in
munes ab ista pena orlis peti
Tum non sit dicendum quod
resuscitati noviter contraherent
orle petm / et qz se impli
cauit grauibus pctis / ymmo
assitur eos post suscitationez
sancte vixisse quo ergo contingit
ac nunc eos sedo mori Quar
ta consideratio e ex eo quod dicto
qz si xpc non ex passione mor
tuus fuisset senio defecisset
de quo ut assitur fuit dec
tum in concilio editum sub
anathemate contra hoc non
credentes Item de hoc aug
lio xo de baptismo puulorum
dicit / qz si xpc non fuisset cru
cifixus et mortuus inueniss
senio defecisset et mortuus fuisset

Dixerat aut est doctrina commo
ta dixi prius quod quid christus
tum nisi voluisset conseruare
vitam suam miraculose sic
quando ieiunauit quadraginta
diebus in deserto et erat cum
bestiis que ut exponit glosa
non ei nocebat sed magis appla
udebat marci i et marci
primo verum si miraculo
uti voluisset ut communiter asse
ritur natura nature oporte
bat eum mori / vnde augustinus
in tractatu de decem cordis
Nonne ex quo homo incipit viue
re iam potest et mori / possibilitas
mortis initium vite facit in
hac terra Et in hac quod hu
manis Ille solus non du
mori potest qui non dum cepit
viuere Ex patet quod mors
et alie pure penalitates
non sunt euidens testimonium
contractionis originalis peccati Ex
missis declaratur quartum dic
tum et est istud quod huiusmodi
mors et huiusmodi pure penali
tates fuerunt in christo et in b
virgine que non contraxit ut
creditur originale peccatum / in ipso
namque fuerunt voluntarie as
sumpte / in virgine aut de
necessitate / quia christus plus quam
est homo erat persona et per
fectus deus / sic voluntarie
assumpsit humanitatem Ita
voluntarie assumpsit huiusmodi pe
nalitates / poterat namque
assumere naturam huma
nam in statu conditionis il
lius quo erit post diem
iudicii glorificata et impas
sibilis Sed quia ut communiter
monitum doctrinam apostoli de

rent eum per omnia sibi
assimilari Hinc est quod ipse sua
spontanea voluntate di
gnatus ac est assumere naturam
nostram huiusmodi penalitatibus
subditam Virgo aut virgo
quia non potuit ante suam
personalem conceptionem non
dicitur assumpsisse eas volunta
rie antequam conciperetur elegit
esse hominem aut mortalem vel
immortalem esse / quia nec
tunc fuit nec voluntatem
habuit et ideo tam naturam
suam quam alia que eam
infallibiliter sequuntur necessario se
cum recipit Sed est dicendum
de b virgine et quia peccatum
non solum dicitur culpa sed
pena pro eo debita Et
ut predictum est ex peccato primi
parentis processit quod quod huiusmodi
pure penalitates que me
rant aptitudinem ex conditio
ne institute nature non
insunt nobis ex necessitate sic
est quod solus christus in quo ista non
necessario sed voluntarie fue
runt dicitur esse natus in simi
litudine carnis peccati Hinc non
homines qui miraculose ut
proxime dictum est de digito
a costa hominis facti innocen
tes in hoc modo positi essent non
videtur inconueniens dicere quod haberent
in se non solum similitudinem
sed carnem peccati non quia vnquam
sub peccato fuerunt sed quia necessario
in se reciperent effectum illum qui
non consequitur ex ordinatione
dei naturam humanam nisi
ex demerito illius primi peccati
Sed ad aliud Dubium assit quod
si homines de particula cor
poris vel aliter miraculose

effecti videantur pertinere ad con-
dicionem filiorum ade. At-
tendat quod adam etiam si
non fuit genitus ex carne hu-
mana est tamen eiusdem ge-
neris cum aliis. Similiter et cetera
lis facta miraculose. Atten-
dat etiam id quod sacra scriptura
asserit quod homines de lapidi-
bus suscitati essent filii abra-
he. Quanto magis hii qui de
particula carnis essent facti.
Attendat etiam quod proprie
dicitur filius ade abraham
et dauid et tamen non fuit
genitus ex virgine secundum con-
suetudinem humane suscep-
tione virilis seminis. Unde
quia primus fuit in genere
humano dici etiam potest adam
pater omnium tam eorum qui secundum
seminalem rationem in eo fue-
runt quam omnium aliorum. Ex-
tra dubium asserit quod iustum
sit innocentem affligi mor-
te et aliis penalitatibus. Ad-
vertat quod multa intendant
sacre scripture in multis pas-
sibus filii portant penam
peccati suorum progenitorum et pa-
rentum a quibus nullum
peccatum traxerunt. Trenorum v. Patres
nostri peccaverunt et non sunt
et nos iniquitatem eorum por-
Io. 9 tavimus. Advertat etiam ad
doctrinam christi quod absque merito
peccati parentum fuit cecus
natus ut manifestaretur
gloria dei in eo. Similiter
de paulo Job et Tobia
quod ut posteris daret exemplum
Tobie ii° vel ad gratie cu-
stodiam et incrementum vir-
tutum. Tercium quod in isto proposito
militat alia specialis ratio
quare potius homines in hoc
mundo positi dicantur porta-
re penam illius peccati. Quod
effectus iste scilicet necessitas mor-
tis et aliarum penalitatum
videntur consequi naturam
humanam ex condicione origina-
li quia cum primo ex sua in-
stitutione ordinate deo com-
petenter omni homini habitatio pa-
radisi terrestris ubi suffraga-
retur eius sufficiens reme-
dium contra mortem. Sed si
cum exilio cum ea remedia
deficiat quicunque in eo poni-
tur ex quo iam natura humana de-
ceptum lege racione peccati primo-
rum parentum non est digna ha-
bitatione illa felici ubi est
perpetuitas seu diuturnitas vi-
te ipsa ratio subicitur illis pe-
nalitatibus que ex peccato illis
provenerunt. Unde merito dici
potest christus in se carnem illius
peccati non sic autem in veritate
quo non fuit hec necessaria sed
ratio sed voluntaria assump-
cio. Unde existente huiusmodi
voluntaria assumptione a prin-
cipio et similiter voluntarie subpor-
tata continuatione videtur quod mor-
talitatem suam et huiusmodi pas-
siones suas quas sic volun-
tarie assumpsit. Ita volunta-
rie sustinuit fuisse. Quemad-
modum dicam separationis
unius ad alterum. Sed cum
ipse poterat ab hiis liber esse
quandocunque vellet et ideo di-
missus in similitudinem car-
nis peccati. Videlicet eum scilicet
aliis in supportando huiusmodi
penalitates quam de necessitate
sustineret. Sed alii sic regu-
le sic fuit alius ad omnes
sic ab initio huiusmodi penalitates

in anima sui exceptione que necessitate insunt. Ita ea de necessitate in eis continuant. Unde nunc carnem ipsorum et huiusmodi passiones non inde sic anima passibilis separavit propria virtute sicut erat in carne Christi in qua etiam si actu inhererent sic in eo tamen propria virtute poterat separare et sustinebat eas voluntarie. Merito ergo caro nostra tamquam necessitati subiecta est illis penalitatibus istis que sunt pene peccati dicitur caro peccati. Non sic autem caro Christi. Et attende dubium est singulare quare in nobis potius dicitur caro peccati quam anima peccati, ex hoc enim non mediocriter edocemur quod peccatum ibi sumitur non pro ut dicit fuisse a messe culpam sed penam. Nam culpa potius in anima quam in carne dicitur esse. Et licet pena proprie dicatur ad animam pertinere, tamen huiusmodi penalitates proprie respiciunt carnem, sicut tristitia et alie pene spirituales ad animam dicuntur pertinere. Non enim mors ratione anime dicitur competere sed corpori quod corrumpitur de die in diem et de fame siti fatigatione et aliis multis que gravitate dicuntur ad conditionem carnis. Unde ex premissis apparet manifeste quod huiusmodi penalitates dicuntur in nobis ex defectu nostri triplicis auxilii nature et gratie que in nobis non adesse cum simus in hoc exilio et in quod sumus deiecti in ratione peccati primi parentis

quare in nobis dicitur caro peccati et non anima peccati

possumus dare exemplum accommodum. Si quis castrum in quo ob temperantiam aeris et aliarum circumstantiarum diu manere homines vivere possent. Rex autem tradidit illud custodiendum militi, sed ipse negligentia sua qui castrum non custodivit sed permisit hostem intrare contra regie lese maiestatis cum tota sua posteritate damnatus et a castro eiectatus est et pro vita ipsius ac omnibus ab eo descendentium assignatus est carcer vel insula in qua tam ex corruptione aeris quam ex defectu remediorum contra mortem non nisi brevi tempore homines vivere possunt. Constat tunc quod quilibet filiorum eius etiam illi qui non fuerunt participes criminis qui non voluntarie sed propter voluntatem suam in ea insula ad habitandum ponerentur merito dicuntur portare in se peccatum illius quia necessario subiciuntur pene inflicte propter illud peccatum. Hic enim in proposito nostro ipse cum tota sua posteritate in hoc exilium damnatus est, ubi tam ex conditione aeris soli ac terrena sterilitate quam ex defectu remediorum contra mortem homines in eo viventes necessario subiciuntur morti et aliis penalitatibus carnis. Merito ergo quicumque in eo vivit etiam si non contraxisset culpam deberet portare sive habere in se carnem illius primi peccati. Cum exprimitur etiam in hoc statu

miserie cognoscatur quod licet
in omnibus equaliter contraha-
tur peccatum tamen quod solum et
aeris dispositione mala
in quibusdam regionibus
ut plurimum est breuior uita
humana quam in aliis Et
ut ab aliquibus asseritur
in quibusdam insulis aut
regionibus quod temperata dispo-
sitione aeris et uirtute re-
nascencium infantum pro-
rogatur uita hominum quod pre-
nimia senectute tedet eos
iam uiuere Et oportet eos
transferri in aliam aeris dis-
posicionem ut ualeat mori
In paradiso uero tiresis et
ex sumpcione cibi de ligno
vite restauratur et quasi
iuuenescit humana complexio
hic est quod ibidem non est aeterna
senectus Itaque apparet
quod ex condicione anime in quod
recidimus ob peccatum primum pa-
rentis huiusmodi penalitates
mortis et aliarum passio-
num nobis insunt Fuit enim
peccatum primi parentis causa
istarum penalitatum non quod
per se sed per accidens scilicet
tanquam remouens prohibens
siue impedimentum ne hu-
iusmodi passiones de ne-
cessitate et actu nobis in-
hererent videlicet originalem
iusticiam aliaque supra
dicta que prohibebant ne
huiusmodi penalitates domina-
rentur in nobis Et quamuis licet
causa per se habeat conformiter
tamen quod variacione cause
per se contingit variacio in
effectu unde si supra co-
lumnam sint diuersi lapi-
des licet remouens unum sit
et equaliter se habeat tamen
lapis qui grauior est cicius
Ita est quod licet peccatum primi pa-
rentis quod est causa pena-
litatum tanquam remo-
uens prohibens se habet uni-
formiter ad omnes ex eo descen-
dentes tamen quod variacione
aliarum causarum huiusmodi
penalitates ut communiter
cernitur est in hominibus di-
uerse se habent

Peccatum primum hominis causa est penalitatum et mortis non per se sed per accidens

Prime est contrac-
tio penalitatum
et mortis quam
ex originali peccato

Posset autem unum multo
speculatiue considerari
omnibus equidem uenienti-
bus consistent quod contractio originalis
peccati et istarum penalitatum
mortis et similium in homini-
bus ut considerantur singilla-
tim concomitant se simul
Ita quod simul et semel non
est dicere quod homo contrahit ori-
ginale peccatum ut culpa et pena
sed etiam in eodem instanti efficitur
homo culpabilis ac mor-
talis et passibilis de necessitate
Dico igitur quod hec insimul simul
considerandum se offert
quod istorum duorum et si non
tempore tamen ordine nature
intelligencie dicitur primo in-
esse homini quibusdam apparet
quod cum huiusmodi penalitates
non insint nobis nisi racio-
ne originalis peccati quod ordine
nature primo insit nobis ori-
ginale peccatum ut culpa est quam ut pe-
na Quamuis aliqui immo et
dicentur sine culpa puniri
Sed scolastice dissendo
contra videtur quod generaliter
Et enim magis generalia sunt
que habent universaliter po-
ra ad deum ut et ac quam homo

qua pluribus communicabile/
Constat autem quod nullus est
qui contraxit peccatum originale
qui habuerit huiusmodi pena-
litates / et tamen aliqui habu-
erunt qui non contraxerunt
videlicet christus adam et eva
Non autem hic fit mencio
de brutis quibus etiam huiusmodi
pure penalitates videntur
inesse Ergo id quod precedit
alterum et ab eo presupponi-
tur esse prius eo ut patet de si-
no et voce ac multis ut supra
exemplificatum est Constat
autem quod in carne ita cum vin-
tur anima quando contrahit
originale peccatum est intelligere
huiusmodi penalitates scilicet mor-
talitatem et passibilitatem
Et cum anima advenit non
desinit esse Certum quod per ad-
ventum suum dicant de no-
vo causam sed intelligunt
eodem ordine inesse homini
per adventum anime unum in
esse personali quo prius inesset
ipsi carni sive concepto se-
mini Cum ergo contractio originalis
peccati presupponat in carne
huiusmodi penalitates et hoc
non mutat ordinem essendi
etiam in anime adventu quando
peccatum originale contrahitur
Sequitur quod subiecto hominis
contrarium ad has penalitates
inest illi prius quam ad originale
peccatum Unde dicit hugo
in tractatu coniunctionis originalis
peccati erat quia anima cum uni-
tur carni passibili non
potest eam regere Item pas-
sibilitas carnis primo in-
esse homini intelligitur Cum

quandocumque aliqua sic se habent
quod unum dependet per se ab
altero et non econtra de-
pendendi repugnat esse
sine secundo et non econverso
Si ergo passibilitas et mor-
talitas sic se haberent ad originale
peccatum quod dependerent ab eo
per se tunc impossibile erit hec
posterius inesse absque illo
Constat autem quod in christo fue-
runt assumpte penalitates
absque peccato originali / ergo sequitur
quod non dependent ab eo per se
tamquam posteriores / immo cum
hec separentur ab eo et non
econverso manifestum est prius
inesse Nam prius natura est
a quo non convertitur subsi-
stendi consequentia / hec enim
est necessaria in isto est peccatum
originale ergo est passibilis / sed
non valet econverso ut in christo
Quinto hoc evidentius patet
commemorando dicta su-
perius videlicet quod illud intimius
ac primo inheat subiecto quod
ultimo separatur ab eo Con-
stat autem quod separatione facta
originalis peccati ab homine ut per
graciam baptismi vel aliter
adhuc remanet in eo ille
pure penalitates que pre-
cesserant Et cum ex modo
originali peccato remaneant pena-
litates in originali peccato subiecto
manifeste docemur quod huiusmodi
penalitates intimius ac prius
insunt eo quo ultimo separan-
tur immo ut communiter remane-
ant / et propter passiones
inseparabiles a subiecto in-
tellecto semper aptitudinaliter
et quod non sit compassio rei

miraculosa dei operacione
Considerandum est ergo quod
peccatum originale dicitur esse
positiuus huius penalitatibus
quod potest dici causa earum
siue per se et per accidens / Immo
est de peccato originali non pro-
ut dicitur fuisse in primo paren-
te voluntarie commissum
quia illud communiter non vo-
catur originale peccatum. sed prout
dicitur esse a quolibet suorum
filiorum singulariter et per se
contractum / et quod ipsi con-
traxerunt Quamuis enim causa
in genere sub habitudine
cause consideratum possit
esse dici suo effectui ¶ Et
ergo peccatum originale positiue
dicitur esse penalitatibus
huiusmodi · quod intelligitur causa
esse earum siue dicatur
causa per se siue per accidens
ut removens prohibens
Nam huiusmodi causa que re-
movet impedimentum
suo etiam effectui dicitur
esse prior Ex hoc autem evi-
dentius manifestatur quod
supra dictum est scilicet quod
inexistencia penalitatum
in homine non est eviden-
ter de necessitate testimonium
contractionis originalis peccati quia
videntur inesse puero io
et potest plus inesse subiecto
absque hoc quod numquam fuit
positiuus Itaque ut conside-
rantur in hoc homine peccatum
huiusmodi penalitates ad originale
peccatum non etiam videntur se habere
ad id velut ad causam effectiue

Quoniam ista occurrit non parua
difficultas soluenda
Omnes namque rationes
supra quod posse insistat et
de illis penalitatibus que
non pure sed quodammodo
fede et obprobriose vocantur
sicut de fomite concupiscencia
ignorancia malicia et ali-
is que nobis videntur inesse
racione originalis peccati vel siue
primi parentis Nam cum non
dicatur quod iste non sufficit suf-
ficiens testimonium contrac-
tionis originalis peccati Constat
enim quod remoto originali peccato per
graciam baptismi adhuc iste
penalitates remanent in
homine / ergo videtur quod nimis
ac plus insint et per consequens quod
peccatum originale non sit causa
fomitis et concupiscencie et
aliarum similium passionum
in nobis ut tamen dicatur non
positiue sit causa per se
vel per accidens Ob huiusmodi
huiusmodi difficultatem libenter
audirem Verum quoni-
am velut ex parte quantum ad
hec fortiter doctores quidam
tangere videntur, sicut bona
lectura in sexto dist. xxxi
Dicit enim quod licet prima pena-
litas carnis non sit causa
contractionis originalis culpe in
corrupta massa que ex culpa
ade est sequuta et fuit non
solum dissolucionem corporis
ad mortem / immo eciam re-
bellionem carnis ad spiritum
et necessitatem concupiscencie
Et est via ad culpam et per
esse eius causa quod huiusmodi

necitas concupiscendi procedit
ordine nali carencia de-
bite iusticie et non econuerso
eo q̄ cum puatur aliq̄s debi-
ta iusticia quo necitas con-
cupiscendi est ex carne
soluta. Ecce q̄ hac doctrina
apparet manifeste q̄ orne
nalis intelligencie primo
inest homini feditas carnis
siue necitas concupiscencie
q̄ peccatum oile. Constat n.
q̄ si necitas concupiscencie
precedit carenciam originalis
iusticie. Cum peccatum oale
prout dicitur formaliter describi-
tur sit carencia oalis iusticie
manifestum est q̄ positiue
intelligitur inesse. Item
quia dicit q̄ est vicarius
oalis peccati. Verum q̄ tales
raciones superius exposite q̄
iste concludunt peccatum oale
positiue inesse homini quo ad
necessitatem concupiscendi
loquendo scolastice videndum
videtur q̄ sic proprie possunt
vocare penalitates. Item
huiusmodi ignominiose passiones
vz fomes concupiscencia et de
similes sunt euidens ut de
necessitate testimonium sub-
iecto quo insunt inesse tunc
aut prius infuisse oale peccatum.
De primo aut nulli dubium
debent esse. Nam in baptizato
nullum est oale peccatum et
tamen fomes et concupiscencia
inesse dicuntur. Verum quia
iuxta doctrinam augustini in secundo
dist. xxxii. Et videtur se
fundare in doctrina augusti-
ni de baptismo paruulorum
oale peccatum dicitur in nobis di-

mitti dupliciter racione. q̄
per graciam baptismi vicium
concupiscencie debilitatur
et extinguitur. Et quia re-
atus ipsius soluitur. Secundum
hoc oportebat dici q̄ licet
remaneat huiusmodi penali-
tates. tamen quia tunc re-
manent sub gradu remis-
so. q̄ fomes et concupiscencia
prout sunt in intenso gradu
sunt testimonium primo con-
tracti et tunc inexistentis
oalis. sz prout sunt in re-
misso. non quia ut sic
remanent post baptismum.
Ista doctrina videtur esse
communis aput multos doc-
tores sz per alios non te-
netur primo exemplariter demo-
strando. Videmus enim q̄
iudeus baptisatus si prius
erat auarus aut luxuriosus
huiusmodi habitus inclinatos ad
malum manet etiam post
baptismum nec de ipa gradus
remissione quantum ad vi-
cium concupiscencie euidenter
apparet. Item si ita se haberet
tamen ipo posset quis scire
se baptisatum esse quia
sentiret huiusmodi diminucionem
concupiscencie. et ita quan-
tum ad hoc pueri xpianorum
distinguerentur sensibiliter
a pueris iudeorum. q̄ in istis
videmus nimis esse decli-
nacionem ad malum quod
multis non ita esse videtur.
Sz quoniam ad hanc instan-
ciam de pueris posset dici
q̄ cum ipi nescirent se habuisse

fomes concupiscencie vel quo
intensa foret post baptismum
sentire non posset. An in-
esse eius in gradu remissiori
Sexto exemplificatur in adulto
in casu quo fomes per ipsum
baptismum dormiens vel in
amenciam conversus bapti-
satus est. Si per gratiam evigi-
lavit et de furia sanatus
est. Utrum absque aliqua
revelatione posset per se ipsum
sive baptisatum se fuisse
multis de isto non parvum
dubium esse videtur. Tercio nullus
de communi lege potest scire certitu-
dinaliter se esse in gratia dei. Sed aut
in baptismo pro dono gracie
esse ita diminucio concupiscencie
cum hanc quilibet in se ipso sen-
tiret manifeste. Sic videmus
de habituatis ad vicia vel
virtutes. Iam per huiusmodi posset
quis certitudinaliter hoc cogno-
scere. Quarto quia fidei tunc
deesset meritum. Tale enim certi-
tudinaliter posset haberi de illa
coniunctum. Si enim infide-
lis veniens ad baptismum sen-
tiret immediate in se dimi-
nucionem concupiscencie et
malorum habituum sive incli-
nacionum quas in se habuit
primo et hoc eciam valet in ad-
ultis baptisatis iam ergo fides
manifeste probaretur conveniente-
r. Hic autem quod ut communiter non
contingit non negatur quin
hoc posse contingere quemadmo-
dum in primitiva ecclesia de
globo igneo descendente super
baptisatos vel confirmatos per
manus apostolorum et de dono

linguarum sed hec fuit re
singulare et miraculosum et
ita posset hodie in baptismo
fieri de remissione concupiscencie.
Sed ut dicit augustinus in libro contra Iul-
iano non itaque hoc efficitur
in baptismo nisi forte mira-
culo ineffabili creatoris
ut lex peccati que est in membris
prorsus extinguatur et non
sit in homine. Ex quo patet tunc est
quod huiusmodi remissio concupiscencie
potest inesse hominibus eciam
absque baptismo sine gracia
gratum faciente. Unde in mora-
libus philosophi dicunt fuisse virtu-
tes non solum et purgatorie
sed eciam purgati animi
ita ut per consummata divinis
conformatione virtutum passioni-
bus mitigatis vel quasi in totum
extinctis videntur novi ho-
mines esse. Unde apud eos
vocate sunt virtutes heroice
quia homines ipsas attingentes
reputabant quasi divinos. Patet ergo
quod ista intensio vel remissio
non sit sufficiens testimonium
patet manifeste. Nam si post
baptismum quis multo tempore perma-
neat in viciis constat quod
habet multo maiorem concupiscenciam
et inclinacionem ad malum
quam ante baptismum. Item ipsa re-
missio vel intensio non est
sufficiens iudicium innocentie
aut non culpabilis peccati. Secundo
in aliquibus ante baptismum
potest esse minor concupiscencia et
inclinacio ad malum quam in
multis baptisatis et in ali-
quibus post baptismum vigor
concupiscencie est maior quam
ante frequenter. Per hec autem

non est intencionis asserere quin
in baptismo prout supra dic-
tum potuit conferri gracia
non solum valens ad re-
missionem peccatorum sed ad-
iuvans ad bene operandum
Similiter quod compescitur concu-
piscencia ne prolis noceat bap-
tisatis / Verum quod regulariter
in omnibus baptisatis sit ta-
lis remissio et debilitacio
concupiscencie cognita sive
percepta sensibiliter quo ad to-
tum remissionis gradum
multis non videtur Aliquan-
do quod superhabundanciori do-
no gracie quod vel ex ma-
iori disposicione hominis ad
alias contingit potest hoc fieri
Et quod tamen in baptismo quam
alias deus potest immutare cor
hominis auferendo habitus
viciorum sive omnem concupi-
scenciam sive inclinacionem
ad malum / et infundendo
contrarios habitus virtutum /
Unde subito de nimio ama-
tore facit temporalium conte-
mptorem et de superbo humi-
lem / sic paulum persecutorem
subito convertit ad zelatorem
fidei / Nam statim dixit
domine quid me vis facere
tanquam omni de serviendo pro
obsequio etc. Etiam tamen ad sta-
stat tum primo fuerat spirans
minarum et cedis in disci-
pulos domini / Similiter lege
de privacione libidinum in
aliquibus sanctis ad firma-
cionem in eis castitatis virtute
Ita ut non sentirent promo-
concupiscencie carnalis sti-
mulos / Verum hoc fuit sin-
gularissimo dono gracie non
aut quod communi virtute baptismi

et fomes et concupiscencia non su-
fficient attestari fuisse
originale peccatum

Hic ergo apparet quod non fit ista
mencio de singularibus
et miraculosis operacionibus
sed de communi lege fomes et
concupiscencia in gradu in-
tenso vel remisso non sunt
testimonium sufficiens actua-
lis inexistencie aut non origina-
lis peccati / Et vero eciam non
sunt sufficiens testimonium
tanquam de necessitate se-
quatur quod ille in quo sunt
contraxerit originale peccatum
Videtur ex dictis constare
quod utrumque enim aliqua duo
sic se habent quod unum potest ab
alio separari et non econverso potest
unum inesse subiecto absque
alio Constat autem quod nititur
concupiscendi potest separari ab
originali peccato ut in baptismo
quod manet absque eo ergo et
peccatum potuit eciam absque illo
inesse subiecto patet quoniam
dicatur esse prior et quod ambo
causa illius / Item manifestum
est quod se habet ut quid communius
et universalius Nam in quo ali-
quo est peccatum originale inest ne-
cessitas concupiscendi sed non
econverso ergo est illo prius et
potest separari ab eo / patet in
baptisatis in quibus est fo-
mes et concupiscencia nec tamen
est originale peccatum ut culpa dicta
Item in adam et eva in
quibus hec fuerunt absque ori-
ginali peccato / Videtur ergo quod quemad-
modum contingit separari
mortalitatem passibilitatem
et alias plures penalitates
ab originali peccato / Ita quod manet
in subiecto ubi tamen nunquam
fuit peccatum sicut fuit in christo
Hic videtur quod possit eciam
fieri de concupiscencia et

¶ Prima consideratio quod possit fieri personalis conceptio absque originali peccato

fomite. Unde sic dicimus quod
beatissima virgo aut alius
quicumque potuit concipi absque
originali peccato manentibus tamen
penalitatibus predictis quia sunt
peccato dotes et possunt ab eo
separari. Ita similiter videtur
quod possit personalis conceptio
fieri absque originali culpa / etiam et
si in eodem subiecto maneant
fomes et concupiscentia ac
alie passiones similes / Hoc
autem quod rationabile sit videtur
multiplici consideratione. Et
primo cum est iuxta sententiam
magnorum doctorum quod carentia
originalis iusticie prout di-
vina voluntate imputatur ad
culpam / dicitur esse forma-
le in originali peccato / fomes autem
et concupiscentia quasi materiale di-
citur. Unde cum materiale quod
privatur quoddam potencia-
le precedat suum constitutum con-
cupiscencia dicitur precedere originalem
culpam. Item constat quod post-
quam quis contraxit originale peccatum
et ab eo mundatus est per gratiam
baptismi licet careat iusticia
originali / quia tamen habet
equivalens donum et maius
videlicet gratiam gratum facientem
hinc est quod non solum concupiscen-
cia fomitis que erat materiale
originalis peccati sed eciam carencia
originalis iusticie ad culpam
imputatur eius. Et causa
est quia in subiecto cum concurrit
dei gracia qua inexistente
quicquid penale fedum aut
deforme in homine reperitur
non imputatur ei ad peccatum.
Itaque minima gracie gratitudo
quamvis minima sit delet omnem

culpam quam in subiecto
invenit. Et quamdiu ipsa inest
homini longe abest omnis ra-
cio culpe / posito ergo quod equa-
lis gracia quemadmodum
in baptismo confertur con-
cedatur alicui in sua personali
conceptione ante contractionem
originalis peccati sic supra locutus
propositum est posse fieri
tunc quia iste habet graciam gratum
facientem carencia originalis
iusticie sive fomes et con-
cupiscencia non imputabitur
sibi ad culpam. Et nullo
dicatur contraxisse originale peccatum
propter preveniens gracie do-
num / et tamen manebunt in eo omnes
penalitates tam pure quam
alie sicut post graciam baptismi.
Et sic pure penalitates
dicuntur sibi inesse eo modo sicut ne-
cessitate et alie / et sic illas non
voluntarie assumpsisse sed naturaliter
ex sua conceptione contraxisse
dicatur. Primum de istis alie
iudicabuntur. Tercium ergo aliquis
quem nunquam contraxisse
originale peccatum prout culpa est
/ et tamen ex sua concepcione
contraxisse ac habere in se de
necessitate predictas penalitates.
Secunda consideracio est peccatum originale
sive concupiscencia iuxta com-
munem doctorum ut supra
tactum est dupliciter considerari
scilicet inquantum culpa est et inquan-
tum pena est / quia omnis pe-
na est a iusto deo iudice de-
um habet actorem. Nunc autem
concupiscencia et fomes que
videtur inesse tam baptisatis
quam non baptisatis cum sit pena
peccati. Considerandum est cum
peccati dicatur pena esse videlicet et

peti primi parentis hoc est illius
inobediencie sue et voluntarie
transgressionis quam fecit in pa-
radiso terrestri / vel peti originalis
prout per vias seminales propa-
gatus dicitur contraxisse Ea-
dem questio etiam visitatur
de necessitate mortis et pena-
litatibus aliis Nam ista sicut
etiam dicuntur pena peti Di-
cimus enim quod necessitas mortis sive
concupiscencia est pena vel
originalis peti prout proles
dicitur contrahere / constat quod
pena nominum pena dicitur
culpa posterior / Dictum est autem
quod necessitas mortis sive con-
cupiscencia prius insunt homini quam
petm originale ergo videtur quod
non sunt pene eius peti quod
posterius illis dicitur esse / immo
prout aliquorum est sententia
doctorum / petm originale causa-
tur eis / et cum omnis pena
respectu peti cuius est pena di-
catur esse effectus quidam illius
culpa enim dicitur esse causa me-
ritoria vel alias pene et non
econverso Apparet ergo quod ista non
dicent esse pene respectu peti
originalis / prout personaliter
illud quis contrahit cum
dicant esse illo priores Sermo
est de pena et peto loquendo
respectu cuiusdam non autem dicitur
verum et de pena prout sit
ex ordinem pene non autem disci-
pline Nam hec in multis
precedit / Unde si iste pena-
litates non proveniunt ex de-
merito peti originalis prout sin-
gulariter contrahitur in singu-
lis Oportebit ergo inquirere
de alio peto quod dicatur esse
causa illarum penalitatum
sicut est nostra est petm primorum

parentum quia ista non absunt
in omnibus reperitur / Dice-
ndum ergo in hac conclusione
quod mors passibilitas et alie
huiusmodi Similiter concupiscencia
et fomes et alie huiusmodi
penalitates insunt omnibus
parvulis non quidem merito o-
peti prout unusquisque illud
sigillatim ac personaliter
contrahit / sed merito transgr-
essionis et inobediencie primi
parentis Ita quod huiusmodi sunt pe-
ne peti illius quod fuit in
primo parente et ipsas causavit
non autem respectu originalis peti
prout contrahit proles illud
quia istud dicitur esse illis poste-
rius Nec illas efficit et intro-
ducit potius vero sententiam mul-
torum ab illis causatur Et
quia omne prius quod a posteriori quan-
tum ad suum esse vel existere
non dependet Nec in hoc
ydemptificatur cum per absque illo
esse cognoscere patet quod huiusmodi
penalitates possunt inesse homini
absque hoc quod contractio originalis
peti prout culpa est in ipso preex-
stiterit Tercia consideracio est
communis modus loquendi Et
namque communiter dicitur quod pena
originalis peti est carencia visionis
divine / mortem et famem et
sitim ac alias plures penali-
tates quas patimur ex peto
primi parentis Similiter etiam
dicimus concupiscencia et fomes
et similia nobis insunt ex eo
peto / Verum est autem quod racione
equivocacionis unum ab alio
non distinguitur Nam cum dicitur
quod ista habemus et patimur ra-
cione peti primi parentis vel

¶ Contrarius ordo peccati et pe-
nalitatum in primo parente
et in nobis

racione originalis peccati. Multi
hec quasi pro eodem assumunt
et aliquando etiam in allega-
cionibus poterit reperiri. Con-
stat tamen quod est in hac mag-
na differencia. Nam dicimus quod mitis-
sima est pena originalis peccati
prout attrahitur a parvulis et
si ex merito illius ultra ca-
renciam divine visionis di-
cimur pati mortem et omnes
alias penalitates similiter
concupiscenciam fomitem et ali-
as sibi similes non tamen mi-
tissima sed potius gravissima
appellatur. Nam videtur probare
intentum huiusmodi ex doctrina
apostoli ad Romanos v. dicit enim sic
sicut per unum hominem peccatum
intravit in mundum et per peccatum
mors. Ita et in omnes homines
mors pertransiit in quo omnes
peccaverunt. Item in unius
delicto multi mortui sunt et
iudicium ex uno in condempna-
cionem quia in unius delicto
mors regnavit. Unde concludo
dicat sicut per unius delictum
omnes homines in condempna-
cionem. Sic et per unius iusti-
ciam omnes homines in iu-
stificacionem vite. ¶ Verum ad ¶
hec dicendum est quod respici-
ens attente continenciam
sacre scripture videre potest contra-
rium ordinem fuisse in peccato
primo parentum quod fuit causa
demeritoria vel alias peccati
originalis ac fomitis et ne-
cessitatis moriendi in nobis. Et
quod legitur quod statim cum come-
derunt cognoverunt se esse nudos
et senciendes rebellionem car-
nis fecerunt perisomata ad
cooperiendum veranda. postquam
eiecti sunt de paradiso interdicto
eis regressu ne sumendo

de ligno vite in eternum viverent.
Unde ex hoc fuit eis necessitas
moriendi. Primum igitur quod
fuit peccatum secundo rebellio ex
ipso tanquam ex causa pro-
cedens effectus. Tercio necessitas
mortis. Fetiditas namque sive
rebellio reddidit eos indign-
os in felici habitacione. Con-
trarius autem ordo in nobis ser-
vari videtur quantum ad con-
tractionem originalis peccati. Et vice
dumtaxat differencie assigna-
ri possit quoniam id quod
in primis parentibus videtur
se habuisse tanquam effectus
ad causam in nobis se habet
econtra. Primus namque peccatum
fuit causa rebellionis carnis
et causa necessitatis mortis.
In nobis autem necessitas moriendi
primo inest. Secundo necessitas
concupiscendi. Tercio ipsa
macula originalis peccati. Unde
videtur hoc ultimum tanquam
effectus duorum precedencium
cum ab eis dependere dicatur.
Unde ex hiis patet quod licet huiusmodi
penalitates non possint
absolvi saltem in viventibus
demeriti a peccato primi paren-
tis quod ipsis precessit et de-
meruisse dicitur. tamen
patet separari ab originali peccato
prout parvuli contrahunt et ut
culpa consideratur. Itaque cum
sint in aliquo non inferunt
de necessitate in eo precessisse putant
culpa est originale peccatum quia
non illius sed racione peccati
primi parentis inesse dicuntur
et pena inflicta sive con-
tracta in nobis pro peccato ideo
absque admixtione culpe
potest nobis inesse. ¶ Quarta
consideracio contra morando dicta

supius Quod ex doctrina sancti
thome in prima allegacione
allegabatur quod lex fomitis et
concupiscencie in homine dicitur
habere racionem legis non quod
directe quasi dirigens hominem
ad operaciones que sibi compe-
tunt secundum primarias condiciones
sue nature respectu finis sui
principalis videlicet beatitudinis sed
indirecte in quantum destitutus
a lege superioris status secundum
quam datum erat ipsi vivere
secundum iudicium racionis
imparere sensualitati quia
subire eam noluit incidit in
legem inferioris status videlicet
bestiarum et impetus sensua-
litatis sicut in illis quemadmo-
dum homo dominatur Unde
secundum psalmistam, homo cum
in honore esset non intellexit
comparatus est iumentis insipie-
tibus · et similis factus est
illis Itaque ob demeritum pri-
parentis non autem filiorum
suorum sentencia dampnacionis
a deo lata est in descendentes
ab eo seminaliter, ut lex sen-
sualitatis sive fomitis que
dominatur in eis videlicet ergo
concupiscendi prevalens iudi-
cium racionis est pena inflicta
nobis, non quidem propter peccatum no-
strum sive demeritum sed
primorum parentum eiusque
quemadmodum in penalitate
mortis et aliis penalitatibus
Ita eciam portant filii in le-
ge membrorum repugnante
legi mentis quam incite
patiuntur fomitis et concupiscencie
et sic ab ipsa ita et ab ista
nisi miraculose preservati absolui
Unde manifeste patet quod cum
necessitas concupiscendi que

ꝫ quod penalitates pure inessent
eciam non contrahentibus peccatum
o, non sic de penalitatibus
viciosis

operatur lex fomitis non sic
designatur sed precedat in nobis
contraccionem originalis peccati
potest fieri quod hec sit in homine
absque hoc quod unquam originalis
culpa fuit ei et sequitur de
necessitate quoniam alias posset
fuit fomes et concupiscencia
non est irrefragabile testi-
monium contraccionis origi-
nalis peccati prout culpa dicitur et Ad
illud hec proxime dicta si
aliquis surgeret Nonne ergo
ista videlicet fomes et concupiscencia
non merito originalis peccati sunt
in singulis contrahentibus
sed propter parentis nobis inflicta
Unde sic supra dictum est
quod quia pure penalitates
provenerant ex condicione quorum
libet Et ideo eciam si aliqui
non essent ab adam seminaliter
propagati nichilominus mortales
les et passibiles essent de
necessitate Ita ergo hic dicatur
de lege fomitis et concupiscencie
quod ipse inesse possunt homini
innocenti eciam si non sit fi-
lius ade communi modo propa-
gacionis humane Ad hoc
respondetur non esse simile
iudicandum Constat enim ut
supra in parte tactum est
inter istas puras penalitates
et huius ignominiosas passio-
nes magnam distanciam esse
De huius namque dicitur quod incli-
nant per se ad malum sive peccatum
De illis vero quod sunt ad graciam
meritorum Unde quemadmo-
dum doctores petentes quare
in baptismo tollitur plenius
declarant in quarto dis. iiii. ymix
quod illis proveniunt illis utilibus
Itaque licet possit haberi natura
pene tamen huiusmodi malum per
multa bonum quod huiusmodi quod inde

proueniat compensatur. Non sic
autem in huiusmodi viciosis passi-
onibus que frequenter ac multum
diriniunt siue impediunt al-
tissimarum contemplaciones virtutum
primo hic vero esse impedita
constitutum. videtur sibi conueni-
re ex sua et propria condi-
cione nature, eo quod viri sancti
in illorum tollerancia gau-
dentes in statu sensacione
quam plurimum dolent. quare vi-
detur huiusmodi proprie dicantur
habere respectum ad illud primi
peccatum corporis iam non sentire
debere nisi illos qui quodammodo
participes fuerunt vel quos
habitudine quadam videtur
contingere, sicut sunt filii eo-
rum parentum ab ipsis
procedencium racione communis pro-
pagacionis humane quia
tamen filius sit pars, primo
quemadmodum scilicet parentum
illos eciam qui ex lumbis
suis exierunt contingere videtur
paciunt delictum. et quoniam se-
minaliter ab adam descendit
propterea dicuntur filii sui. Non
sic autem qui aliter inuarum
non autem de semine ipsius
erunt formati. Hinc est quod
licet ille penalitates pro-
eciam ad alios se exten-
derent non tamen huiusmodi
passiones viciose. et cau-
sa sunt superius declarata
quoniam opus a deo imme-
diate factum ab eo non
procedit cum opposita incli-
nacione siue repugnancia
sui finis. Pro adhuc
eciam apparet alia racio
specialis Constat enim ex
communi doctrina quod adam

pro se ac filiis suis ac-
cepit donum originalis iu-
sticie, pena vero directa contra
illi virtuti que est concupiscencia
siue fomes ad illos se so-
lum extendit. quibus ipse
poterat committere donum origi-
nalis iusticie. hii autem erant solum
qui ab eo seminaliter descendebant.
Sanctificacio autem a morte et
aliis penalitatibus ut decla-
ratum sunt non tam ex origi-
nali iusticia quam ex assistencia
diuine prouidencie vide-
batur pendere. Vtrum pura
penalia non videntur tam
proxime pertinere ad pe-
nam pro peccato primi paren-
tis. quemadmodum huiusmodi
passiones viciose. quia vere
per hoc videtur penam sentire
in eo in quo delinquit. Ideo
mortalitas et alie plures
penalitates videntur homini
competere ex sue condicio-
ne nature. quia est quid
compositum ex elementis
contrariis. fomes autem et
concupiscencia cum dictat quo-
dam modo dominium sensua-
litatis supra iudicium racio-
nis. non secundum naturam sed
contra naturam videntur
inesse. Etenim racio racionalis
dictat id quod nobilius ac
dignius est aliis dominari
debere. Sic homo naturaliter debet
dominari pecudibus. Con-
trarium autem contingit in concu-
piscencia et fomite cui racio
continueque sit forma nobilior
absque auxilio gracie dei in
totum dominari non potest.
Inde apparet hic esse quidam

vituperabilem inordinacionem nature et quam in
inordinatum a deo inmeste
procedit hinc est quod homines
inviabilit facti penalitatibus
forent subiecti non tamen
fomiti et concupiscencie
Ulterea quod istis seminaliter
propagatis fomes et concupiscencia insint non aut
aliis racio quedam ostendit
videlicet quia omnis res que generari
videtur retinere in se modum
generacionis sue et quod inest ei
a prima generacione videtur
sibi naturaliter inherere et quoniam
seminaliter propagatus generatus
est in fervore libidinis
et concupiscencie hinc est
quod fomes et concupiscencia
huiusmodi sic propagatis quasi
naturaliter videntur inesse
Si quis aut diligenter attendat ad hanc racionem videbit
eam frequentissime repetitam a sanctis et aliis doctoribus quibuscumque qui reddentes causam contraccionis
originalis peccati dicunt esse fervorem libidinis in concepcione Et ideo dicunt quod omnibus
seminaliter propagatus habet
in se necessitatem concupiscendi
ex modo concepcionis sue in
libidine Unde Christus dicitur
quod solus fuit absque concupiscencia et fomite quia
fuit conceptus sine libidine
Patet aut intuentibus
sentenciis quod ipsi in hac loquuntur
de peccato originali quantum ad id
quod est in ipso male Et
quam pront dicit augustinus due sunt
matres filiitatis videlicet filiado

et convictio quod enim est alteri
simile idem reputatur frequenter Exemplificatur communiter
in duobus quibus est in duobus gemellis Item quod est
alii intime coniunctum quia
sepe ad differenciam non attenditur
Etiam aliquando esse idem creditur
sicut albedo et dulcedo in
lacte Constat aut quod hoc
malum videlicet concupiscencia et fomes
in originali peccato ita est eidem intime coniunctum quod quasi reputatur pro eodem et unum sibi
vendicat nomen alterius Unde
peccatum originale fomes vocatur
et econverso hinc ergo sancti
doctores et precipue maxime sanctus
Augustinus dixerunt quod sic sine libidine non est parentum concubitus Ita filiorum ex eorum
carne nascencium non potest
esse sine peccato conceptus
Restat ergo ibi peccatum non solum
culpa originalis Nec unquam
non dicatur esse impossibile quia
hominem absque culpa originali
habere fomes et concupiscencia
que videntur esse porta
in contraccione originalis peccati et
hoc quia intimius inherent
homini quam originali peccato hinc est
quod inseparabilia quodammodo
iudicantur Quod aut fomes
et concupiscencia sit peccatum
suffragatur multorum sanctorum
doctorum doctrina Videlicet adprius allegari potest maioris
quibus testimonium videlicet apostoli pauli qui inter omnes auctores sacre scripture de materia originalis peccati
amplius declaravit Dicit namque ad Romanos vii Non enim quod

¶ Quatuor sut dicta doctrie
amplectende hic

volo bonu͞ h͞c ago. sed qd' odi
malum id facio. Si aut qd'
nolo illud facio non eo ope-
ror illud s͞z quod habitat
in me pctm̄ / non em̄ h͞itat
in me h͞ est in carne mea
bonu͞ / hic aut pctm̄ sumitur
co͞mit pro concupiscencia et
fomite. ut statim in seqnti-
bus declāt / qm̄ id quod hic
dicit pctm̄, vocauit legez me-
brorum. Circumissis que et
si diffuse / tamē urgente
necessitate deducta fuerit. eli-
citur quatuor dicta que
doctrina h͞ec maxime ample-
ctatur pro responsione ad
obiecta ex aduerso / Primu͞ est
q͞ pure penalia vz necitgo
mortis fames sitis et alie
similes que fuerunt in b͞ vir-
ne. non sut euidens ac de-
necessitate testimonium con-
tractionis ori͞lis pcti. patz h͞
manifeste ex declātis in hac
propositione Secundum est
posito per casum qd' tn̄ non
asseritur in b͞ta virgine fuis-
se concupiscenciam et fomitz
non ideo de necessitate sequi-
contraxisse ori͞le pctm̄. prout
culpa dicit' / hec etiam euide-
ter patz ex iam facta p̄dictis
declāacione concupiscencie et
fomitis ad contractionem
ori͞lis pcti / Tercium gracia
preueniens prout creditur
in p͞o instanti sue concep͞co-
nis contractionez pcti / causa-
uit ut q͞ huiusmoi pure pena-
litates siue passiones ignomi-
niose non habuerit racionē
culpe / qm̄ gracia dei effecit
q͞ na penalitas siue pas-
siones uitinqz defformis et

feda uideatur qm̄ ipi gracie
simul coniuncta consistit in pec-
catum debeat reputari / Quartum
est q͞ dato casu p̄dicto
stat b͞ virginem habuisse
carnem pcti. et tamē nunqz
contraxisse ori͞lem culpam
patz ex p̄dicta auctē aplī
qui vocat pctm̄ concupiscenciam
et fomitem / Et qm̄ in con-
ceptione hominis contrahi p͞t
necessitas concupiscencie
absqz culpa ori͞li / sequitur
ergo q͞ etiam si dicatur habuisse
carnem pcti. non id de ne-
cessitate ostenditur in ea
fuisse ori͞le pctm̄ intelligen-
do propter culpa dicitur / Quin-
tum est q͞ in p͞missio cas-
stat b͞ virginem esse sancti-
ficatam / Dum ei sanctificacione
ac in p͞ma consopitum fomi-
tem. Et in s͞cda extinctum
fuisse. nec tamē contraxis-
se ori͞le pctm̄ / Hec deducitur
manifeste ex tribus p͞missis
/ quia si contractio fomitis
et concupiscencie non arguit
de necessitate pctm̄ ori͞le fuisse
/ ergo sanctificacio in qua debi-
litari siue extingui fomes
dicitur non probat fuisse ori͞le
pctm̄ / Nam si contractio et
inobediencia fomitis non argu-
it hoc fuisse / ergo eius deter-
minacio uel abolicio multo
minus / Hec aut licet ex p̄dictis
videantur satis constare / tn̄
pro maiori euidencia qꝛ pal-
pabili intelligendum est q͞
quandocumqz plura accidencia sunt
in subiecto et h͞nt ordinem
inter se / eodem ordine etiaz sua
contraria intelliguntur inee-
sse de sanitate et egritudine

Ad declarandum premissa quomodo ordinate intelligenda esse in conceptione hominis

vel alia contrarietate Dicitur
est autem supra primus inesse
timor pravas penalitates
ac passiones ignominiosas ac
originale peccatum Erit ergo
ordo iste attendendendus
in conceptione hominis quidem
contrahit originale peccatum primo
est intelligere esse hominem
ipso esse mortalem et passi-
bilem de necessitate Tertio
inesse sibi necessitatem concupi-
scendi sive concupiscentiam
et fomitem Quarto autem peccatum
originale Hic autem ordo naturalis
intelligentie patet quoniam quod
ultimo necessario consequentia inse-
runtur priora, sed hic non con-
tingit in contrario ordine
Dicitur enim iste est in peccato o-
riginali ergo est in eo concupiscentia et
fomes et est in ipso fomes
ergo necessitas moriendi inest
Est necessitas mortis per
separationem anime rationalis a
corpore ergo homo est, omnes iste sunt
consequentie de necessitate
stante tamen divina ordina-
tione sed e converso non valet
deductio. est homo ergo est
mortalis de necessitate patet
consequentia in hominibus glo-
rificatis. est mortalis ergo
inest sibi fomes / Similiter
non valet quia oppositum
fuit in Christo et in beata virgine
prout dicitur ex adverso post
secundam sanctificationem. Est
habet fomitem ergo peccatum originale
Constat de contrario de bap-
tisatis patet ex eo ergo cum ulti-
mum in ordine isto naturalis
intelligentie dicatur esse peccatum
originale quod ultimo inest homini
Et quoniam oppositum peccato
est gratia gratum faciens / sequitur

etiam quod gratia ultimo ordine
inest homini / primo namque
dicitur homini competere quod in-
est per se quam quod inest per acci-
dens Illa enim quodammodo
per se inesse dicuntur quia neces-
sario, gratia vero non sic
dicitur competere Et licet ordo
huius non sic appareret huic or-
dinem naturalis intelligentie
intuenti evidenter / tamen
manifestum est quod gratia et
fomites in isto statu simul
infunditur adeo homini propter
insit ei necessitas mortis
et concupiscentie / dato ergo
casu predicto possumus intelli-
gere conceptionem beate virginis
sic fuisse intellectam eam primo
fuisse hominem hoc enim esse
quia substantiale precedit
accidentale Secundo intelligitur
eam fuisse mortalem de necessitate
Tertio etiam accidens commune
est nature humane iam per
peccatum corrupte scilicet hominem
esse mortalem de necessitate
cum hoc necessitatem concupiscentie
prout intelligitur esse in conditione
fomitis / Unde hic tertium quod
possumus intelligere in ea fuisse
post illud secundum ordinem tertio /
Quartis positis adhuc non intelli-
gitur habere peccatum originale prout
culpa dicitur quia licet ista duo
vel alterum ipsorum dicitur esse
originalis peccati / tunc ut supra
declarabatur intelligitur cuilibet
ex humano semine concepto
inesse necessitas contrahendi quod
tamen cum hoc intelligitur esse
in differentia ad divine virtutis
quamquam effectus id est originale peccatum
ex ea causa sequetur in beata virgine

Deus mirabiliter ipse operando
preter cursum nature preveniens
prout creditur domum sue gratie
infundendo Et quia gratia
et qualis culpa sit incompa
tibilia Hinc manifeste apparet
quod sic necessitatem mortis ita
et necessitatem concupiscendi sive
fomitem potuit contrahere
absque contractione originalis cul
pe Racio autem propria dicitur
quoniam huiusmodi duplex ne
cessitas scilicet moriendi et con
cupiscendi prius dicitur inesse
quam contractio originalis peccati
et manifeste potuit absol
ui ab eo Dicere sanctificatione
aut dicitur quod potuit inesse
absque contractione orlis pcti
manifestius patet Nam si
gratia preveniens contractio
nem culpe originalis que
iuxta hanc doctrinam potest sa
sanctificatio appellari non
fuit in tanta plenitudine
quod prout quidam dicunt com
primeret totaliter scilicet extenuavit
fomitem Ita ut iam non
inclinaret umquam ad ma
lum nec mortalis nec ve
nialis peccati Secunda vero
propter maiorem plenitudi
nem gratie beatissime virginis
superveniente in actuali con
ceptione filii dei fomes
ipse dicitur totaliter extinctus
fuisse Evidencius apparet
quod nec huiusmodi sanctificatio
demonstrat fuisse in ea orle
pctm Itaque iam manifeste
concludi potest quod sic penali
tas Item posito quod beata virgo di
catur habuisse concupiscenciam
et fomitem vel carnem peti
vel dicitur sanctificatione

sanctificatam fuisse non
de necessitate concludit fuisse
in ea originalem culpam Vel
aut verum vel verisimile fuit
ipsam habuisse concupiscenciam
et fomitem sive carnem
peti Quod autem in contrarium
aliquid fortasse dicitur Hoc autem
de fomite oportuit hic inseri
quia magnam questionem
facere videtur cum ista de pe
nalitatibus Et declaraveris in
una est evidens manifesta
tio difficultatis in alia Si
vero quis obiciat dicendo quod
ex hoc similiter potest concludi non
hominem contraxisse petm orle
Etiam si videas illis inesse
concupiscenciam et fomitem
Dicendum est quod ut non esse et
non posse est infinita distan
cia Eciam de beata virgine matre
dei ad illos homines maxime alios
attendenda est dicitur Non re
peritur in sacra scriptura de
aliis scriptum Unde sicut
de ipsis sic de beata virgine
dici possit non contraxisse
petm orle cuius non licet in
huiusmodi comparare Item in
aliis nichil singulare quod sit
expositum distrahens vel diu
sum ab hac lege communi omnium
hominum scriptum autentice re
peritur Unde oportet assumere
de ipsis iudicium commune Patet quod
secunda propositio de qua supra primo
fuerat exordium assumpsit quod non
obstante preservatione a culpa
beata virgo fuit subiecta sive affecta
multis penalitatibus que prove
nerunt ex suo peccato Et occasione
huius fuerit ita declarata de fo
mite carne peti ac dicti sanctifi
catione que in hac materia

Licz non contraxit pctm̄ virgo
sz tn̄ est citra privilegium
xp̄i in spo

Vacantur non puram in-
gerere difficultatem

Septima propositio
fuit q non obstante
huiusmodi preservacione btā
1o virgo fuit citra privilegiū xp̄i
patz primo quantum ad miste-
rium passive generacionis sue
quia ipsa non fuit concepta
de spū sancto sicut xp̄s Sed
de semine concepto libidino-
se. sic est nālis conceptio o-
2o mnium aliorum hominum Secūdo
quantum ad misterium preservacō-
nis quia xp̄s non indiguit pre-
servari pro eo q xp̄us ex modo
sue concepcionis non debuit
nec debuit potuit contrahere
pctm orle. Beata autem virgo
ad contrahendum habuit
maximam ac summam nētem
quantum est ex parte nature
nisi fuisset preservata ex dono
3o gracie gratum facientis. Et
ex hoc sequitur tercio q bta
virgo indiguit gra redemptivis
ab o peccato quia ipsa necessario
illud erat incursura nisi fuis-
set preservata. xp̄s autem eciam
si non fuisset preservatus nec
habuisset aliquam gram sed
prout ille homo ingenitum
homo consideraret in puris
naturalibus non contraxisset
orile pctm quia modus
sue concepcionis repugnat
4to contractioni orl pcti Quarto
bta virgo fuit citra privilegiū
xp̄i quantum ad misterium sctifi-
cacionis quia xp̄i sctificacio
multo fuit plenior Cum
ab inicio sue concepcionis ei
datus sit non ad mensuram
spūs Ita q de eius plenitu-
dine nos omnes accepimus pātr
ideo primo et tercio Beatissima

autem virgo licz habuit gratiam
in sanctificacione prima id est
in sua passiva concepcione
personali tamen per aliquos
dicitur adhuc fuisse sanctifica-
ta uberiori dono gracie ab-
solute vel respective in acti-
7 va concepcione filii Quinto
quantum ad misterium glorificacō-
nis quoniam aīa xp̄i ab instan-
ti sue concepcionis fuit perfecte
beata Ita q hodie quantum
ad id quod est essenciale lo-
quendo non habet amplius de
gloria in celo q habuit in utero
virginis primo instanti concep-
cionis sue De aīa vero btme
virginis licz credatur q a primo
instanti sue infusionis habuit
graciam consummantem non
tamen sic asseritur de gloria
consimilate Et patz q adhuc
preter id in quo xp̄s incomparabiliter
excellit btissimam virginem
scz in personali unione cum
deitate etiam excedit a digni-
tate excellencia et in pluribus
aliquorum enumeracione quia
facile videri potest non licz conte-
di et quia iam de hoc supra
distinguendo circa huiusmodi preser-
6to vacionem dictum fuit Sex-
to eciam excedit xp̄s virginem
quia in eo penalitates pure
nature humane voluntarie fue-
runt assumpte. In btissima autem
virgine fuerunt de necessitate quan-
tum est ex parte nature humane
Idem dicit de necessitate concupie-
scencie lege fomitis prout con-
sideratur absque culpa orili quia
btissima virgo ex singulari suo
dono gre vel non contraxit
vel ab eo sanctificata est Sed

Ubi in scriptura fundatur decimacionis cõmatia

Octaua proposito erat quod non obstante preseruacione predicta b. virgo potest dici in lumbis habuisse decimata fuisse. pro intelligencia terminorum sciendum quod apostolus in epistola ad hebr vii ex condicione huius decimacionis probat sacerdocium christi esse excellencius quam sacerdocium aaron siue leuiticum. Nam sicut scribitur Gen xiiii quod abraam reuersus a victoria Regum dedit decimas de omnibus que habuerat melchisedech sacerdoti dei summi ipse benedixit abrahe. Et quia ut dicit ibidem sine contradiccione a maiori benedicitur. ideo quod abraham fuit benedictus a melchisedech sequitur quod melchisedech et maior erat quam abraham. Item quia tunc in lumbis abrahe erat leui patriarcha de cuius stirpe fuit aaron tanquam filius ab eo descendens. Si melchisedech erat maior abraham ergo erat maior quam aliquis filiorum ab ipso descendencium quia qui maior est patre maior est filio. Item ergo abraham tunc fuit decimatus censetur eciam decimatus leui qui erat in ipsius lumbis et per quem melchisedech intelligitur esse maior esse leui. Sacerdocium autem christi cuius mysterium est in offerendo sacrificium eucaristie ex pane et vino confectum prout dr xpc e ipse fuit secundum ordinem melchisedech qui obtulit panem et vinum. Non autem secundum ordinem aaron qui erat in offerendo animalia in holocaustum. Hinc ergo dicit apostolus quod sacerdocium christi in nouo testamento quam sacerdocium aaron in veteri testamento. Et quoniam contra hoc statim arguitur. Christus ergo ut erat in lumbis abrahe quia filius eius futurus secundum carnem ipse sicut leui tunc fuit decimatus. Respondet augustinus dicens x super Gen ad litteram quod quia alio modo in lumbis abrahe erat leui scilicet secundum racionem seminalem tanquam futurus hoc communi modo propagacionis humane. Christus autem non sic. sed duntaxat secundum corpulentam substanciam. Hinc est quod leui fuit decimatus et non christus.

Bonaventura in iii⁰ arguit quod ista responsio non videtur sufficiens. dicit namque quod multi filii abrahe creduntur esse maiores quam melchisedech et expresse de moyse dauid et beata virgine.

Unde resoluit se ad primam racionem apostoli quod quia melchisedech benedicens abraham significabat christum a quo omnis prouenit benediccio. Hinc est quod abraham minor esse dicitur inquantum ipse melchisedech figurabat christum quia nullum dubium quod christus est ipso sic omnibus aliis filiis abrahe maior. Ex omnibus predictis adhuc non reprobatur materia de preseruacione virginis a peccato. Sed quia dicit augustinus ibidem quod id quod decimabatur curabat et omnis qui fuerit in lumbis abrahe secundum

Decimacio sumitur tripliciter

seminalem racione fuerunt
decimati ergo fuerunt curati
Hoc autem ergo fuit in lumbis
abrahe quo omnes alii filii
levi ergo curata fuit. Si cura-
ta ergo fuit primo per peccatum
infirmata. Unde ergo adverso
hac racione concludit quod fu-
it in originali concepta. Pro
responsione sciendum quod decima-
cio sumitur tripliciter. Uno modo
actus moralis, sacramenta-
lis et figuralis. Moralis
est prout est donacio decime
partis omnium bonorum nascencium ad
sustentacionem ministrorum
qui vacant semper ad cultum
gracie dei / et est decimacio
nunc in lege gracie et fuit
in lege moysi / prout est ac-
tus sacramentalis fuit de
tempore legis nature. Hec enim
nunc in recipiendo servata
eciam ex opere operato pur-
gant peccata et in lege veteri
per oblacionem sacrificiorum
erat quedam expiacio peccati
saltem ex opere operante. Item
in lege nature in decimacio-
ne / quia quando annuatim da-
bantur decime sacerdotibus
intelligebatur esse quedam con-
demnacio peccatorum sicut modo per
ordinacionem ecclesie in confessio-
ne sacramentali semel in
anno fit absolucio a peccatis.
Dicitur autem opus operans fides
et devocio. Opus operatum
sacramenti suscepcio. Itaque
sacramenta veteris legis non
habebant efficaciam ex se
sed si qua sanctificacio ibi
fiebat illa erat merito fidei et
devocionis in ipso suscipiente

Opus operans
Opus operatum

Sacramenta autem ecclesie habent
ex se efficaciam intrinsecam
quod eciam si in recipientibus
non sit tanta devocio, tamen
eo ipso quod humiliat se ad su-
scipiendum dummodo non ficte
accedat ex virtute sacramenti
infunditur gracia. Tercio modo
decimacio dicitur esse actus fi-
guralis / decimarius enim di-
citur numerus perfectus quia est per-
limes inferiorum. Unde post
decem numerum fit replicacio
eorum que sub eo continentur.
Novenarius ergo numerus in com-
paracione ad denarium intelligitur
esse imperfectus / et quia quando
decima solvitur aufertur a numero
id quod faciebat perfeccionem
scilicet unitas illa et remanet
decimanti id quod est imperfectum
scilicet novenarius numerus / hinc
est ergo quod quicumque decimat
sive dat decimas quia illa
decima pars que faciebat
perfeccionem numeri non est sua
sed est debita deo et sacerdotibus
profitetur se imperfectum esse et
perfeccionem suam a deo vel
sacerdotibus qui vicem dei te-
nent et ministerialiter conferunt
dare spiritum sanctum esse expec-
tandam. Dicit ergo si levi ergo
fuit decimatus sequitur quod
fuit curatus quod scilicet quantum est
ex se erat imperfecta ac sua
perfeccio erat expectanda a Christo.
Responsio ad ista attentius su-
pra declaratis non est nimis
difficilis. Quemadmodum
enim concedit quod purgata fuit
non a peccato quod infuit sed
quod inesse debebat nisi preventa
fuisset per graciam. Ita de cu-
racione quod curata fuit non
ab egritudine peccati que umquam

actualiter inhesit sed que
erat inhesura si primo per
ctum non fuerit curata
quemadmodum si quis mala
dispositione complexionis co-
firmit quis sto tpe anni
infirmari. Et tum ect ad hec
non minus qz alias dispos
tus oritur medicus aut du-
cibus pservatus est ne unqz
infirmitas illi adveniat. no
minus dicetur quod huiusmodi pservati-
one curatus // Quarta secundo
dicitur quod in eo quod dicitur esse
decimata habitur pfectionem
suam a deo esse expectan-
dam. et gratiam quod se est im-
pfecta esse nisi pficiat gratia
dei pro ut creditur hec fi-
delium negat nullus. Unde
iam manifeste patet quod ipsa
si fuit pservata non contra-
dicit quod decimata fuit. Non
sic aut de xpo quia ab ipso
inicio dicitur deus est omnis per-
fectio. Nona propositio
quod si b. virgo non fuit pserva-
ta ab omni peccato fuisset, xpc
non fuisset pfectissimus me-
diator declarata fuit iam
in superioribus etc.

Erit decima propo-
sitio quod si beata virgo
contraxisset peccatum orig-
nale fuisset in eo nisi pro tpe
imperceptibili vel in unico
instanti, quod peius ei esset
quam si fuisset dampnata et
realiter quantum ad penam
dampni. Undecima propo-
sitio quod peius fuisset mi dm ha-
buisse culpam oralem per
unicum instans tm, quam esse eterna-
liter in pena sensus. Pro
declaratione istarum duarum
propositionum presuppono
due communes conceptiones, quarum
unum una est per se nota apud
omnes scias et notiones. Alia
vero est firmissime credita
in religione xpiana. Prima
est quod illud dicitur esse minus ma-
lum quod est eligibile minus
patet ut est vulgare provrbi-
um de duobus malis mi-
nimum est eligendum. Secunda
est quod deus semper re-
munerat ultra condignum
et punit citra condignum punit.
Hec enim pertinet ad clementissi-
mum principem et piissimum
iudicem, sic omnes confiten-
tur unanimiter deum esse.
His duabus maximis quarum
per se notis, infertur ratione deum
esse quod consistere in minimo pec-
cato mortali vel per unicum
instans, est maius malum
quam eterna damnatio in inferno
patet. Nam deus iuste conden-
nat ad penam inferni homines
qui in mortali peccato decedit.
Etiam si in illo non nisi per
unicum instans fuit, tunc ergo
aut est maius malum eternus
cruciatus inferni aut peccatum mor-
tale. Si dicatur quod pena eterna
est maius malum, tunc mani-
feste concluditur quod deus non est
iudex iustus, quia pro mino-
ri malo reddit maius ma-
lum. Item tunc non diceretur
punire citra condignum, sed mi-
nus ultra, si culpam ergo dicatur
esse minus malum, ipse vin-
dicat in maiori malo quod
est eternus cruciatus. Cum ergo
impossibile sit deum non esse iustum
iudicem, ratione oportet fateri
quod etiam supplicium est minus

Due propositiones
per se note apud
... rineo

malum qz minimu morta
le pctm Ex hoc declatur qz maius
malum est etinus cruciatus
inferni siue purgatorij qn
tum ad penam sensus qz
carencia visionis diuine
siue felicitatis etne / addit
qntum ad penam sensus
Nam cum in inferno sit ca
rencia etne beatitudinis et
pena sensus Notum est qz
hoc duplex malum prepon
derat alteri eorum per se so
lum considerato / proba inte
tum. Illud e maius malu
quod magis est oppo le summo
bono Nam maximo bo
no opponit maximu malu
Unde dicit qz virtuti heroice
que e virtutum optima op
ponit bestialitas que est
pessima omi viciorum Nunc
aut sic e qz beatitudo et pe
na sensus qntumcunqz acer
bissima sunt eid subiecto
compossibiles / patz Nam
xpc existens in cruce erat p
fecte beatus / habebat enim
tunc tantum gaudiu loque
do de essentiali qntum ho
die ht in celo Nichilominus
tn paciebat grauissimum
tormentum et hoc totum erat
in eod subiecto scz in anima
in qua tunc simul erat ga
udium et dolor / Ideo dicit
qz possz aliquis puniri acer
bissime in purgatorio et sil
habere gaudiu beatitudis etne
Cum qz pena etna sensus
sit compossibilis cum bone
Carencia aut diuine visio
nis tanquaz sibi opposita p
uatiue simul stare no pot

Euidenter concluditur qz carencia
visionis diuine sit maius
malum qz etinus cruciatus
solum qntum ad penam sen
sus. Hec enim pt simul stare
cum beatitudine illud vero
minime Item qz carencia
visionis diuine sit maius
malum patz qz doctrina aug
in li. Cur deus ho. vbi dt
qz pro conseruanda destinacione
sue domus attingendo omi
angelorum demonum hominum
et tocius vniusi nullus dz
velle peccare culpabiliter ad
quod sequitur carencia visio
nis diuine Constat aut
qz multo maius malum e
destructio vniusi tocius qz
pena etna sensus vnius
anime Hec e doctrina salua
toris Math xvj Quid pro
dest homini si mundu totum
lucraretur anime sue vero det
rimentum paciatur / aut quam da
bit ho comutacionem pro aia
sua / Tanqz pro lucrando ea
bona mundi nec pro conserua
do eam casu quo contingeret
ea perdi non debet quis elige
re detrimentum aie sue
Nullum aut maius detrimetu
qm perdere vitam anime / Et
augu et habetur in 3o de
p d. j. mors quam timet ho
mines separacio e aie a
carne / mors aut quia non
timent separacio est anime a
deo / Ex premissis infertur
tanqz manifeste euidens
et semper retinendo memorie
bonu qd maximu om bo
norum hominum terre possibilu
est amicicia dei sine cuius

¶ Quid est summu bonu hois
et quid summum horribile

dilectio Et nullum est homi
ni maius malum siue horri
bilius quam ira dei et sua in
dignacio quam incurrit quis
in omni peccato mor
tali Et quoniam in duobus
malis minus malum est
eligendum Cum minus malum
sit carencia visionis divine
quam culpa mortalis Nam id
tamen sit minus malum red
ditur pro pena mortalis
peccati sequitur quod quilibet homo
debet diligere potius carere
perpetuo divina visione quam
semel dumtaxat mortaliter
peccare vel in peccato mortali
solum per unicum instans
esse Hic autem est quod omni die
dicimus nec tamen advertimus
vulgari sermone quod melius
est omnia mala pati quam ma
lo culpe consentire Propterea
quicumque iustus eligeret po
tius omne malum pati et
omni bono alio carere quam per
gratiam dei et ipsius inimicum
constitui Illud autem est ab
omnibus eligendum quod eli
geret vir sapiens bonus
et iustus Iam ergo ex teno
re premissorum manifeste patet
dictorum evidencia propositum
scilicet quod peius fuisset beatissimae virgini
matri domini vel eternaliter
dampnatam esse quantum ad
penam sensus et perpetuo
visione divina carere quam
per unicum instans esse sub peccato
originali Etiam si permissum et
dimissum fuerat in optione
sua quod amplius eligeret
vel carere divina visione et
peccare mortaliter seu per unicum
instans in eo esse Nulli dubium

quod quemadmodum quilibet vir iu
stus ipsa potius omnes penas
tanquam minus malum eli
geret Hic autem cum in sua con
sideracione quis revoluit et
eligit per hoc incomparabiliter
magis dignum efficitur ad ha
bendum eternum premium quia
verus amicus dei esse proba
tur ipso quod potius eligit omni bono
carere quam perdere amiciciam de
hac sublimiorem adhuc tenacitatem
habebat paulus cum dixit
Ro viii Certus sum quod nec mors
nec vita nec angeli nec principa
tus etc. poterunt nos separare
a caritate que est in christo domino
ihesu nostro Simile et iste fuit
vir Eleazar qui ut legitur
ii Machabeorum vi o dixit se
potius promitti in infernum
velle scilicet porcinam carnem
manducare contra divinum man
datum De hoc autem quod carencia
visionis divine maius malum
sit quam eternus cruciatus inferni
manifeste loquitur Crisostomus
in de reparacione lapsi Multi
enim plura genera tormentorum
complicantes inferni subiungit sic
dicens Verum non hec so
lum que diximus monet nos
mala que in gehenna perfe
rimus si negligimus vitam nostram
Tollendi enim a bonis et aliorum
beneficia ab hiis que preparata sunt
sanctis tantum generat cru
ciatum tantumque dolorem ut et
si nulla extrinsecus pena torque
ret hec sola sufficeret Omnis
enim gehenne superat cruciatus
carere bonis quibus in potestate
habueris perfrui Nec puto ita
acerrima esse gehenne supp
licia ut sunt ea quibus torquetur

Replicatur con responsione ex adverso

qui caretur a conspectibus xpi
hic crede mihi penis omnibus
gravius est hoc est quod supe
rat et gehennam Et infra
Sed sufficiat nobis inquis
evadere gehennam et digni
os non fieri tanti regis
conspectu quid illa anima
cui hoc sufficit infelicius
quid miserius Ecce clare
patet ex hac auctoritate quod su
pradictum est maximum ma
lum esse carentiam visionis
divine quam perpetuus cruciat
tus inferni Quo auctorita
non contrariant auctoritati au
gustini qui dicit penam pu
erorum qui cum peccato originali
moriuntur mitissimam esse
Alitus esse inquisitionis
Verum intueri doctrinam cri
sostomi in predicto libro
apparet quod loquitur de hiis
qui sua sponte peccata morta
lia committendo suis deme
ritis illam penam meruit
patet etiam ex hoc quod in pro
subiunxit Si negligentia
vitam vitam Pauli at
non meruit illam penam
ex aliqua negligencia Sed
usus istam deductionem ex
adverso videbatur quod esse in pe
ccato dupliciter potest accipi absolu
te vel perseveranter Dico at
modo nec absolute nec perseve
ranter secundo respectum ad
sequentia scilicet ad remissio
nem et ad esse in gracia
ac tandem in gloria Et tunc esse
damnatum sit peius ma
lum quam esse in peccato absolute
et perseveranter tamen damna
tum esse est peius malum
quam esse in peccato sed post in
gratia et tandem in gloria

et probat quia aliquis diceret
quod hominibus viventibus et ho
minibus sanctis qui aliquando
fuerant in peccato originali melius
fuisset damnatos esse quam
non fuisse quod reputat absur
dum Unde ex hoc conclu
dit quod melius fuisset b. vir
ginem fuisse in o conceptam et
esse inimicam dei quam non fuis
se vel damnatam esse quia
quando erat mater dei iam erat
extra peccatum originale etiam
antequam nata esset Respon
sio ista vel implicat in se
contra non desinit Nam absolute
et perseveranter dicitur esse in peccato
cum nunquam remittitur Nam
esto quod aliquis esset in peccato
per c aut m annos si post
remittetur eidem non dicitur
in eo fuisse absolute et perse
veranter Et si hoc ita se
habet nullus de hac dubitat
questione Nam cum est quod
duplicatum malum peius esse
dicitur quam alterum ipsorum
Si enim quicunque alius quam virgo
virgo de qua sermo est fuisset
in originali peccato absolute et perseve
ranter tunc nulli dubium quod ca
ruisset eterna visione Et sic
dicitur utrumque malum scilicet
ne immo non solum caru
isset visione beata sed incurreret
gehennam Nam quemadmodum
infra declarabitur primum peccatum
quod adultus existens commit
tit in originali committit non est peccatum
veniale sed mortale Et sic
iuxta doctrinam communem
theologorum Fratris Augustini de Anchona
dei gratia nullus possit di
vina mandata implere sal
tem secundum interiorem mandantis

oportebat dici si beatissima
virgo in peccato originali fuisset
perseverans et commisisset
multa peccata actualia
mortalia et Iehennam in-
currisset. Dicitur consentientibus de
congruo disposita non esset
ad divinam maternitatem imo
quodammodo diceretur inhabilis
Unde de hoc nullatenus
est questio. Dicimus non est quod
quid sit melius simpliciter
Hic enim novit ille qui nichil
ignorat. Sed quid sit melius
vel eligibilius alicui. Christus
namque de Juda proditore
non dixit simpliciter bonum
erat si natus non fuisset
homo ille. sed dixit bonum
erat illi. quasi hoc tamquam
minimum malum sit eligibi-
lius. Et ergo melius videatur
magnum bonum reipublice
quam singularis persone. Ponitur
aut in gravamen alicui maius
equidem apparet hominum salus
omnium animarum quam vivere suum
Constat tamen quod pro hoc bo-
no nulli est eligibile esse in
mortali peccato per unum mome-
ntum. Hoc enim non videntur
dubium. Hic iam facta de-
claracione sue mentis a sal-
vatore nostro in premissa auctoritate
Quid prodest homini si uni-
versum mundum lucretur
etc. Patet namque quod nulla co-
mutacio est proporcionabilis
propter anime detrimentum. Nullum
est autem eius maius detrimentum
quam mors eius que ut dictum
est infallibiliter contingit in omni
peccato mortali. Unde ex istis
apparet quod non solum absolute et
perseverantem esse in originali peccato

est homini ineligibilius sed
nec per minimum momentum
Et aut dicat melius fuisse
in peccato et post remissionem
esse in gracia et matrem dei
fuisse tandem in gloria. Dicitur
melius esse hominibus viven-
tibus ac pluribus sanctis fu-
isse in peccato originali et post glo-
rificatos fuisse quis dubi-
tat de providencia divina
quod operatur meliora Nam
ut supra allegatum fuit
melius iudicavit deus ex
malis bona facere quam mala
nulla permittere. Sed esto hoc
melius. questio est utrum quid
hoc sit homini eligibile. Unde
posito quod deus diceret alicui
se velle remittere peccatum quod
faceret. et post eum glorifi-
care. utrum eligere deberet
peccare. Constat quod deus hoc
respondet minime eligen-
dum esse. Quod malum cul-
pe nec per se nec per accidens
et condicionaliter est homini ut
illud committet simpliciter eligi-
bile. Itaque si homini se fue-
rit positum in opinione quod
amplius eligeret. eciam com-
parando ad divinam materni-
tatem credit quod eligeret non
aliud quam quod vir bonus
et iustus. Quod enim est per se
malum et ab operanti irre-
parabile committens illud non
iustificat se ex bono quod inde
venire dicit. Nec racionalis
homo exponit se huic periculo
[illegible] aut grado bonum quod
inde sperat est multo minus
quam bonum quod perditur. Nec
enim racione vteris bibit venenum

mortiferum pro multo auro
adipiscendo nec enormiter
iniuriatur pri aut regi pati-
endo alapa ut acquirat pe-
cuniam nec mortem suscipit
pro quocumque bono temporali Ex isto
etiam quod dicitur ei de reme-
dio optinendo quia homini
remedia malorum non in
propria sed in aliena est pote-
state reposita. In nostro autem
casu non sic est Nam ut dic-
tum est dei amicicia est ma-
ximum absolute bonum homini
commiter possibile. et hoc potest
per quodcumque peccatum mortale
Istorum vero amicicia dei
fuit maius bonum beatissime
virgini quam respectu solum ma-
ternitatis divine cuius res-
pondet in libro de bono virginitatis
Hec autem omnia manifestant
sunt clare quod auctore apostolo Ro-
mano docentium illorum damna-
cionem esse iustam qui dicunt
faciamus mala ut eveniant bo-
na quibus autem intelligit quid ista
conferunt doctrine huic de sancta
concepcione beatissime virginis
Conferunt quia declaratur abho-
minabilis horror cuiuscumque
peccati etiam originalis et videtur quod
racione tante abhominabilitatis
beatissima virgo fuit immunis
Item quia cum ipsa nullatenus
elegisset pati hoc malum pro
quocumque bono. creditur quod cu
tione sue altissime dignitatis
nunquam hoc malum eidem quasi
invite fuit illatum sive ab
ea contractum sed potius quod
ipsa plus hoc abhorruit quam
quecumque pura creatura ab
hoc fuit immunis et libera
Hec autem quod ipsa plus abhorruit
malum manifeste patet quod suo oto

Cum constet racione maioris
caritatis multo ceteris ardencius
adhesisse bono

Duodecima proposicio
fuit quod si beatissima
virgo peccatum originale
contraxisset non pervenisset
ad ultimatam innocenciam
ad quam fuit producta Terde-
cima quod nec pervenisset ad su-
mmam sibi possibilem graciam
De istis duabus fuit supra
commemoratum satis inferius
que dicta sunt super secundo scho-
lastico documento De quarta
decima vero et quindecima
quod asserere beatissimam virgi-
nem fuisse preservatam a peccato
originali non est contra auctoritatem
sacre scripture nec intencionem
sanctorum doctorum Non per-
tinet specialiter aliquid nunc
dicere quoniam ad hoc intendit
tota huius dicti prosequicio multi-
farie inducendo nec dum non
refragari sed illi maxime
esse conforme ut patet et hoc spe-
cialiter apparere potest in responsione ad
in contrarium auctoritates et racio-
nes Dicere namque verbo non
contrarium facile est ut autem
facto demonstretur oportet
discurrere per singula obiectorum
Super sextadecima vero pro-
posicione quod non sit contra
intencionem Ecclesie in prima
allegacione huius prosequcio-
nis dictum fuit Ex premissis
dictis iam manifeste patet
declaracio dictarum sede-
cim proposicionum que vi-
debantur magnam ingerere
difficultatem ac in suspen-
so tenere animos fidelium

ne ex integro assentirent h
uic doctrine de sancta con
ceptione beatissime virginis
Primum habemus et aliud
singulare quam ex superius de
claratis iamiam aperta inde
ad obiecta in contrarium res
pondendum est

Explicit quinta allegacio

Sequitur sexta alle

Respondit iam de
reverendissi
mi patris
voltimum
in huius
prosequcio
ne materie
exponend
9z^e respon
sio ad auc
toritates et
raciones contra
hanc doct
rinam de sa
ncta concep
cione beatissime virginis vi
debantur acriter impugnare
et fuerunt duo modi opponendi
Unus generalis allegando quedam
racione quorum non decebat
asseri hanc piam doctrinam
Alius vero principaliter inductus
specialiter impugnando materiam
huius assercionis auctoritatibus sacre
scripture et sanctorum doctorum
multiplicatis. Et quoniam
iuxta doctrinam philosophi primum
communia specialia vero consequen
ter speculari oportet in scientia
inquisicione hic eciam est mo
dus cognoscendi nobis insitus
naturaliter Ideo ad generalia
primo respondendum erit Fu
it inter alia vigens ex adverso
oppositum / ex quia hec doc
trina prius innititur b. virginem
ex gracia singularis privilegii
a peccato originali preservatam fuisse
velut contemnenda foret / quia
contra communem legem allegati
privilegium credi non debet nisi
id ostenderit Iudicando ad hec
ex volumine decreti dis. e. et
morem Gregorii Epistola ffe

Racio ex ad
verso contra privi
legium preservacio
nis beate marie v.
ab originali peccato

ductam Johanni Epo Ra
uenati / qd cum esset vniuersa
lis consuetudo eccle palio
non vti nisi in misse celebra
tione / Ipse Johannes epus
tenebatur ostendere priuilegi
um quo contra missarum
solemnia palio vti sibi lice
bat / Unde descendendo sup
hc ad particularia quedam fuit
dictum qd in hac materia fides
non posset fides / nisi tripliciter
auctte sacre scripture a' sctorum
vel celesti reuelatione / Sed
nec primum nec secundum
erat ut supponebatur / ymmo
contra / quia dicebatur qd
in sacra scriptura inuincibili
argumento probatur
oppositum / qd qz sci doc
tores omnes conformiter es
sent pro parte ista nec vnus
solus contra / Si aut aliqui
alij hoc dicerent non esse
credendum eis nisi primo
facerent fidem ostendendo
se habere commissionem a spu
sancto quo ipsis competeret
auctas aliter intelligendi sa
cram scripturam quam eorum
ipso doctrina presupponebat
fore intelligendam / Tercium
ad tercium vero de re
uelacione dicebatur non esse
credendum nisi primo de hoc
constaret debita eidem
eccle / vz qd huiusmodi reuelacio
esset a spu bono / quia sepe
angelus sathane transfigu
rat se in angelum lucis
2a cor xi allegando
ad hoc doctrinam thomistarum
et sci Thome in 2a 2e
Subnectabatur aut in hoc
quasi innuendo qd huiusmodi
reuelatio non posset esse a
spu bono quia suspecta esset
Cum sit contra omnes doc
tores et sacram scripturam
que est a spu sancto / Unde
reuelacio celestis non mili
taret contra veritatem fidei
et sacre scripture pro ut erat
hec de conceptione virginis
in peccato originali / fuitque dictum qd
tantum assertio contraria
esset de veritate fidei qd pro
blemma neutrum hec quod
dici non posset / fuit confir
matum hoc argumentum ex
eo qd cum xpus non fuit con
ceptus per seminalem pro
pagacionem nunquam dubita
dum erat de ipso qd contraxis
set originale peccatum sed de gloriosa
virgine / Et cum per sacram
scripturam et doctores fit
de ipso specialis excepcio que
cum non fiat de virgine di
cebatur contenta esse sub lege
com(m)uni / 2a quia si aliquibus
hoc priuilegium reuelatum esset
hoc precipue esset sanctis doc
toribus expositoribus sacre scripture
qd si ita fuisset huiusmodi priuilegi
um non negassent et tamen
hoc negant dicendo qd nullus
sanctus est immunis a peccato
originali / Ad hanc deductionem
argumentorum multiplex suf
fragatur responsio / Primo iuxta
intencionem augustini in supra
exposito sermone de assump
cione virginis dici posset qd
tenentes hanc doctrinam sena
ut de beata virgine que tam
digna et iusta fuit vz qd ab
obprobrio humane condicionis
a deo ut filius suus corripi

¶ Prima responsio qd aduerse
parti inanis erit ordo probandi

Etiam mater eius concepta
esse intelligitur. Ideo quod
non ipsius sed contra sen-
cientibus incumbit onus pro-
bandi se cognovisse consi-
lium dei ad oppositum esse.
Itaque de beata virgine non
que propria digna iusta se
ciendum sit sed huius contraria
Pertinet namque ipse dixit aliter de
virgine unusquisque quia de
se ipso debet sentire in hiis
maxime que semper ad lau-
dem vel vituperium pertinent.
Etiam beata virgini cum sit omni
laude dignissima non ca-
que quandam culpabilem
vel obprobrium sed que laude
dicitur attribuendum esse / ac
quod filius suus quecumque ipse
potest et ad benignitatem matris
ne pertinent gratiam / hec illi
contulerit credendum est /
Itaque cum evidencia racio-
nis suffragetur huic doc-
trine / asserentibus aliam
factum esse quod se habet contra
iudicium racionis incumbit
probacio ostendendi. Quod
autem hec sit iuxta commune
iudicium racionis patet ex com-
muni credencium assercione. Ne-
mo enim fere est qui si pro
non haberet contrarie opposi-
tam racionem opinionem si
statim cum hec proponitur
et asserat quod hec potuit fi-
eri absque preiudicio fidei et sacre
scripture quin statim fateatur
volens esse conclusionem quam
hec doctrina intendit de
concepcione beate virginis hec
est ipsam semper fuisse sanctam
et amabilem deo / Numquam
autem sibi odiosam et dya-
bolice servituti subiectam

Quod dicitur ad predictum cum
quod evidentissime constat de
huiusmodi privilegio. Illud namque
privilegium quod est inclusum
in iure communi ostendere non est
necesse. licet aliquid esse dicitur
in privilegio de quo mencio
non fit in corpore iuris. Etiam
quia in eadem cartha vel libro
ius commune et privilegium reperitur
Etiam utrumque ibi constet non
est necesse privilegium exhibere
Ita est de privilegio beatissime
virginis racione cuius attribuitur
sibi quasi infinite prerroga-
tive. Ex hac solum racione
quia est mater dei / de hoc
quod privilegio ut predictum est com-
memoratum est mencio fit in
pluribus locis ewangeliorum
et tantam denotat excellenciam
quod ipsam in dignitate constituit
supra omnes puras creaturas
Unde merito eidem competunt
omnium excellenciarum munera
graciarum. Et ex hoc patet quam
evidentissima sit auctoritas
doctrina supposita quod asseren-
tibus in beata virgine fuisse hu-
mane condicionis obprobrium
incumbit probandi onus
Nam cum de hoc pro tam no-
torie constet in iure divino
asserentes contra huiusmodi excellen-
ciam privilegii debent probare
quod rex regum et dominus domi-
nancium qui hoc privilegium sue
matri concessit tamquam pe-
nale et odiosum restringendum sit
intelligendum et non tamquam
graciosum favorabile ampli-
andum. Quod humanum
iudicium aliud sentire non potest
quam quod odia restringi et favores

Quia quod de privilegio beate virginis constat in iure communi

conuenit ampliari et hoc
tamen insinuatum est racioni
humane quod eciam a proge-
nitoribus nostris datum est
pro regula iuris et com-
munis maxima per se nota. Ita
quod aliunde probatione non
est sed statim cum profer-
tur omnis homo iudicat esse
verum. Constat autem quod qui
dicit deum odisse aliquando
matrem suam odium am-
pliat et restringit maximum
fauorem. Econuerso autem deo
qui profitetur matrem suam
esse semper dilectam a filio
summo est de virgine que uere
est mater filii dei. Hoc autem
dicitur ut uitetur abiectio
de deo patre et filiis per adop-
cionem qui prius sunt alieni
et post per graciam adopcionis
efficiuntur sui. Verissima ut
virgo transsiendo et natus est
mater filii dei. Unde in hac
credulitate quod ipsa sit mater
dei saluati sunt ab inicio mun-
di fideles. Forte ad hec
dicet quod fauores conuenit am-
pliari sed cum debita mode-
racione. Dicere autem virginem
fuisse preseruatam ne contraheret
originale peccatum hoc excedit limites
communis legis. Nec enim sub
lege sed dicetur esse supra et
contra legem ipsam. Respon-
detur hoc non debere tan-
quam inconueniens reputari.
Nam racio priuilegii excedit
limites iuris communis quod enim
ipsa concepit gestauerit nouem
mensibus in utero peperit
et ablactauit deum hoc non
virtute erat nature sed excedit
mensuram communis intelligencie

Quod ex successu temporis semper ac magis claruit hec prerogatiua beate virginis

Unde merito prerogatiue que ra-
cione huius priuilegii competunt
eis nec mirum si excesserunt
limites iuris communis. Sed ad hoc
statim obicitur. Si hec prerogatiua
competit beate virgini racione huius
priuilegii maternitatis diuine
quomodo sancti patres non ita expres-
serunt. Respondet primo quod
multi hec clare dixerunt ut in
hiis allegacionibus frequenter
commemoratur. Secundo videtur quod sic
expressio dat intellectum. Ita
plurima excitacio aperit verbo
et alias occultum iudicat. Ea-
dem dignitas huius priuilegii
non sit tam diligenti et exac-
ta discussa siue ruminata
consideracione sicut a posterioribus
a C C iam annis racione tam
grandis controuersie et continue
permanentis actum est. Nec absurdum
est nouum quod veritatis exercicio
reperitur. Sic enim contingit
in principiis omnium scienciarum
quod in prima earum adinuen-
cione quia quedam principia no-
ta fuerunt primis tractatoribus
aliqua licet pauca ex ipsis pro-
bauerunt. Post vero succedentibus
temporibus quia prima scienciarum
euidencius nota fuerunt mul-
to plura ex ipsis constant pro-
bata et quottidie quamdiu mun-
dus durabit semper adinuenientur
conclusiones noue. Ut enim ait
dicat primo Ethicorum. Tempus
est omnium optimus doctor. Eo
quod artes et sciencie temporis processu
magna quidem et maxima
suscipere incrementa. Seneca
enim dicit in de naturalibus questio-
nibus. Illud autem ostia michi
dicendum est opiniones veterum
parum exactas esse noua

omnia erant primo temptanti
bus postea ita limitata sic
dum nulla res consummata est
dum incipit. Veniet tempus
quo nihil tam apta nos ne
scivisse miremur. Unde n
os ipsi experimento cognoscimus
non parum multiplicatate
adaucta esse volumina illarum
scienciarum quarum exercitium
amplius frequentatur, econtra
de hiis quas dissuetudo
quasi diminuit. Exemplifi
cari posset de sciencia iuris
canonici et civilis in com
paracione ad artes vel naturalem
aut philosophiam moralem.
Sic vero noticia dei fidei
et sacre scripture sicut in omni
alia sciencia et arte contingit
per incrementa temporum
semper amplius augeatur.
Docet Gregorius super Eze
chielem omelia xvi ita
inquiens: per incrementa
temporum crevit sciencia spiritualium pa
trum. Plus namque Moy
ses quam Abraham, plus
prophete quam Moyses, plus
apostoli quam prophete in divina
sciencia eruditi sunt. Unde
scriptum est: pertransibunt plu
rimi et multiplex erit sciencia.
Dixit enim dominus ad Moysen:
Ego sum deus Abraham,
deus Ysaac et deus Iacob,
et nomen meum Adonay
non indicavi eis. Ecce Mo
ysi quod Abrahe inno
tuit, quia illud de se Moy
si indicare quod se Abra
he non indicasse narrat.
Item David dicit: super omnes
docentes me intellexi, per
quod testatur divinam

sapienciam se plus quam
sanctos recepisse. Plus enim apostoli
quam prophete de divina sciencia
noverunt, quia quod illi sa
cro spiritu noverunt ipsi etiam cor
poraliter videbant. Unde Christus
dicit quod multi reges et prophe
te voluerunt videre que videtis
et non viderunt. Unde quanto
mundus ad extremitatem ducitur
tanto nobis eterne sciencie aditus
largius aperitur. Ex illis
ergo expeditis manifeste con
stat quod pie ac devote intuen
tibus sacram scripturam cottidie
aperitur uberior intelligencia.
Ad hoc facit quod angelus
precepit Iohanni apostolo
dicens: Ne signaveris verba pro
phecie libri huius, significans
quod magis et magis aperta
semper esse debet intelligencia.
Non autem quod dicitur Ysaie
xxix quod liber erat signatus
ut in eo poterat legere tam
doctus quam indoctus. Ex ista
auctoritate Gregorii satis apparet
quam efficacie sit illud argumen
tum: non revelavit deus Hy
lario, Cipriano vel alii sancto
quod beatissima virgo fuit concepta
absque originali; ergo verum non est
aut novum esse nulli alii post.
Patet enim quod quanto mundus ad
extremitatem ducitur tanto
nobis eterne sciencie aditus largi
us aperitur. Unde infinitas
determinaciones theologicas op
ortet hic modo repellere, de quibus
sancti doctores vel nullatenus
aut contraria dixerunt seu du
bitasse leguntur. Ut enim non
solum de tempore apostolorum vel
aliorum sanctorum sed usque ad con
summacionem seculi dixit se futurum

necessarium esse. Et quod unus-
quisque hoc apud semetipsum
exemplariter expertus quod
quanto amplius se exercitat
ac magis exacta diligencia
intendit circa noticiam alicuius
rei, tanto evidencius et plu-
ra cognoscit de re illa. Sic
modo se habet religio sa-
na quantum ad catholicas
veritates et scola sacre pa-
gine quantum ad theologicas
inquisitiones. Unde quemad-
modum in noticia multorum
que fidei et theologice inqui-
sicionis sunt continua exercita-
tione proficit, ita se habere
videtur in consideratione
huius privilegii maternitatis
divine. Hoc enim audacter
asserendum est quod quanto am-
plius quis perfecte in scriptura
ruminabit huius privilegii
dignitatem tanto reperiet
maiores virtutum prerogati-
vas et excellencias laudum
attribui debere beate virgini
matri dei et causa est quia lector
ac multociens sacra scriptura
reperit de ipsius amplissi-
ma dignitate, que quanto
sincerius consideratur tanto
apparet sublimior, prout
enim infra explicabitur. Sane
sive dignitas alicuius persone
in sacra scriptura contenta am-
plissime est intelligenda.
Exempla de hoc accommoda
se offerunt duo, primum est de
dignitate excellencia et po-
testate summi pontificis quanta
namque et in quibus de fide
ampliacione potestatis noticia
convenit licet particularia pre-
terire exempla. Verum si
quis legat hystoriam Dama-

si pape de gestis Roma-
norum pontificum similiter
et gesta antiquorum Concili-
orum reperiet quod multa hoc
nemine fere resistente fide-
lium dicuntur pertinere ad
eum supra omnes Episcopos et
archiepiscopos fratres suos de qui-
bus in preterito tempore non medio-
cria dubia fuere. Verum
quoniam de dignitate petri
et suorum successorum sacra
scriptura exhibet testimoni-
um, sine est quod de ipsius plenitu-
dine potestatis amplissimo fa-
vore consideratur. Secundum
exemplum est de excellen-
cia et potestate generalis Concilii.
Cum enim reperiatur quod in plu-
ribus locis ewangeliorum de
ipsius potestate universali expressa
fiat mencio quantum noticia de
huiusmodi excellencia potestatis super
omnes fideles convenit sine
multiplici incremento contra
alias multorum opiniones a
triginta annis fuit adaucta
antiquia imitando, testimonium
perhibet Concilia nostri temporis.
Unde manifeste intueri quisque
potest quod continua exercitacio mul-
torum aperuit intellectum.
Similiter apparet fuisse actu
circa noticiam de huius excellen-
cia privilegii dignitatis ma-
terne in beata virgine. Constat
enim quod adhuc tempore Jeronimi
quod ipsa foret glorificata in
corpore et anima non omnino
firmiter credebatur, ymmo ipse
determinavit magis fore pie
dubitandum quam temere indi-
candum. Hoc augustinus in om-
nibus suis de ipsa loquendo
resurrectionis sepe dixit

omnium resurrectione de
bere simul futuram esse
in fine mundi absque aliqua
excepcione Et aliquos sermo
nes fecit in die assumpcionis
in quibus nichil de hoc expres
sit Sed cum requesitus ut
ipse profitetur super hac materia
debet specialiter iudicium suum
dicere profunda considera
cione speculatus hoc privile
gium divine maternitatis ad
dixit quod fortassis primo unquam
docuisset et determinavit ra
cione huius privilegii de glori
ficacione corporis virginei
quod putabatur primus sacre
scripture et sacre fidei repu
gnare Hoc eciam modo ex
cellencia maternitatis nominis se
habuit in determinando ali
quas prerogativas singula
res que attribuuntur eidem ut
quod nunquam mortaliter et veni
aliter peccavit Et quamvis anti
quitus prout apparet ex scrip
tis libris tempore eo hoc non esset
tam notum Constat enim
intuenti originalia docto
rum eciam sanctorum quod
in materia virtutis hominum sub
peccato eciam actuali loquendo
solum excipitur christus / post
vero exacta magis diligencia
considerata est hec dignitas
maternitatis Et ab actuali
peccato simul excipitur corpus
et beatissima virgo / quamvis
enim doctores de hac materia
loquuntur hac privilegii dignitatem
assignant pro ultima ac
diffinitiva racione Sic e
tiam in iure divino cum
constet de huiusmodi privilegio
multo fortasse evidencius

quam de illa generali lege igno
miniosa contraccionis originalis
peccati a cuius effectu defendit
quod hoc privilegium ipsam virgi
nem eximat non videtur ab as
sertoribus huius doctrine tam
importune expetendum quod
privilegium debeant ostendere
tum de ipso quia sufficienter
in sacro canone biblie testi
moniis evident quam ymmo quod
huiusmodi preservacionis propugna
impugnantes asserant de lege
non aliud in hoc quam de le
gibus sentiendum Ad uno
doctrinam augustini non est iu
stum ex diglim sentire ipsis
incumbit onus probandi
quo huiusmodi innocencia sive
puritas repugnat / non autem
conveniat huiusmodi beate virginis ma
tris dei Et licet hec ad ista
generalium deduccionem argume
torum videntur sufficere
Tamen ne ex hiis credatur sub
terfugium quesitum dicitur quod licet
de ostendendo privilegio nunquam vo
imperatur tamen aliud esse quam
petitur respondere ad auc
toritates et raciones quibus
probari videtur huius contrarium
privilegii non tam debere
fundabiliter auxiliari / et sic
intenditur auxiliante deo
ad omnes in contrarium adduc
tas raciones et auctoritates spera
et simul respondere Sed ex
hiis patet responsio ad illud
tam aparens argumentum
quod videbatur urgere de pri
vilegii ostensione Respon
sio quod in adverso posita
divisio non est sufficiens cum
dicebat quod hoc privilegium aliter
ostendi non poterat quam aucte

ra racio omnis
esse peccatum quantum
ad formam et
materiam in arguendo

sacre scripture a sanctorum
doctorum uel celesti reuela
cione Nullam etiam fecit mē
cionem de quarto membro sc̄z
euidēcia racionū / de qua ut sup
commemoratum est augꝰ dicit
Et ubi diuina scriptura nō
comendat querendum ē racione
quid conueniat veritati / fiatqꝫ
ipa vitas aucꝰ sine qua nichil
est nec ualeat aucꝰ Itaqꝫ
non solum aucte sed racione
in hac matia procedendum ē
sub cuius dignitate priuilegij
hanc prerogatiuam debere cōtinet
Sed nec verum supponebat
qd hec priuilegiū probari non
pt aucte sacre scripture et doc
trina sanctorum Constat enim
his duobus hec priuilegiū di
gnitatis matrie frequentissime
replicatum fore ultra hoc / pro
ista parte fuerūt supra allega
ta multa sacre scripture testi
monia / ex quibus collectus in
vnū prout etiam clarius dedu
cetur licz ex alto sigillati nō
sequetur magna euidencia
probacionis ad matam de qua
agit volentibus intelligere
satis aparet / De illo vero
quod ecia hoc inferebat qd om̄s
sancti doctores uniformiter
contrariam assercionem intende
rent Et nullus eorū in suis
scriptis hanc priam doctrinaz
expressit nec innovandum ē
quia de contrario iam costare
ostensum est Similiter dis
cuiendum ē de altero sub expres
so quod credendum non ē as
sertoribus cuius pne doctrine
donec ostendat se hēre commis
sionem a spu sancto et de
ea fidem faciat qd ipsis aucꝰ
competit ad intelligendum

sacram scripturam que nō ē ut
dicebat nisi ex canonisacione
psone uel approbacione doctrine
Licet enim vicio dicetur militare
aduersus vtramqꝫ partem vel
arma cius / quia nec ipsius oste
dit se hēre commissionem a
spu sancto ad declinandum
quo ipsi fuisse dicūt intencionē
sacre scripture et sanctorum doctorum
oportebat suscitare sanctos iam
mortuos ut de hac questione
loquentur quia fortasse hodie
non viuit in quo hec duo uel
alterum reperiatur Eomodiqꝫ
censetur ommisse his que
prīnat tangit considerando qd
cuicumqꝫ data sit gracia secundum
mensuram donacionis xpi proce
datur cum omni modestia et
caritate ad exponendum in ma
fidei sensum qui iuxta capa
citatem intellectus ac donū gracie
a deo concessum cuicumqꝫ videt
Nam ut dicit Ambrosius sup
tum ꝯ verbum apli Nemo pt
dicere dominus Ihesus nisi in spu scto
Omne quod verum ē a quocumqꝫ
dicatur a spiritu sancto est Au
gustinus de vera religione dicit
est a prima veritate Quātum
enim ad id de reuelacione si ge
in ista matia fuisset presumēd
esse potius a spu malo qui se
transfigurat se in angelum lucis
hec nec mirum sic dictum fuisse
se quia racionabiliter ex necto
consequebatur / fuerat enim dictum
qd omnis assercio esset veritas fi
dei ab uniuersis fidelibus cre
denda de necessitate Credi at
ex supra inductis contrarium eui
dent constare vz qd omnis assercio
non sit veritas fidei catholice
quia explicite credere teneamur

de necessitate ymo quod ex mo-
tis iam in unum ad par-
tem oppositam conuenientibus
Doctrina hec de sancta Con-
cepcione b. virginis transierit
iam in pietatem fidei. Unde
super hoc de possibilitate re-
uelacionem a spiritu sancto non
est amplius innouandum
Item diuinis actionibus
non non est mensuram impo-
nere quia sapienciam dei
precedentem omnia inuestigat
nullus. Et ex hoc respondetur
ad racionem in fine submixam
videlicet quod si aliquibus deus reue-
lasset hec debuit esse doctori-
bus sanctis. Et si illis hoc
fuisset reuelatum non neg-
assent illud priuilegium substi-
ciando. sed sic constare opposi-
tum ex eo quod generaliter loquuntur
de conceptis de o peccato neminem
excipiendo. De hoc ultimo
quantum valeat argumentum ab auctoritate
scripture neue inferendo dicitur
quod non expedit quia omnibus
est quasi maxime notum. Con-
stat enim multa esse vera
et a fidelibus tenenda non
dicta de creaturis sed de deo
de quibus tamen in sacra
scriptura mencio habetur. Ipse
enim dixit apostolis Jo xvi
Multa habeo vobis dicere
que non potestis portare modo
Cum enim venerit ille spiritus
veritatis docebit vos omnem
veritatem. Et manifestum est hanc
auctoritatem intelligi non solum
de apostolis sed de aliis disci-
pulis et filiis mutuo succede-
tibus usque in finem mundi
per quod videtur ad id de re-
uelatione. Tercium neque

ex verbo christi premisso multa fu-
isse reuelata posterioribus fidelibus
que dicta non fuerunt apostolis
patet eciam ex alio quod scribitur
Jo xiiii. Paraclitus autem spiritus
sanctus quem mittet pater
in nomine meo ille vos doce-
bit omnia et suggeret vobis
omnia que dixero vobis. que
quidem sic proxime dicta intel-
ligitur quo ad discipulos et
futuros usque ad consummacionem
seculi. Ad tercium vero argu-
mentum pro oppositione quod mul-
to maioris apparencie aliquibus
visum est videlicet quod nunquam dubitandum
erat de christo non contraxisse
originale peccatum quam de beata virgine
et tamen de hoc fit mencio in sacra
scriptura et sanctis doctoribus
Et sic cum de virgine conceptio
non fiat videtur comprehensam
intelligi debere sub aliorum com-
mensura. Responderi ad hoc
pro posse intricando unde licet
in sacra scriptura expressa habetur
conceptio. Item habemus verba
angeli dicentis quod enim ex
te nascetur sanctum vocabitur
filius dei. Sed subterfugere
volens dicet natiuitatem intel-
ligi debere modo communi scilicet que
est exitus in lucem ex utero
matris. Et si replicatur de
verbo ad Joseph dicto de christo
adhuc existente in utero quod
primo Quod enim in ea natum
est de spiritu sancto est. quia ap-
paret hoc dictum esse post tres
menses ab angelica nunciacione
quando fuit primum christus conceptus. di-
cetur sic ex adverso exponi
de virgine quod fuit sanctificata
post tempus animacionis in utero et
similibus variis diffugiis dicetur
ad alias auctoritates sacre scripture

Secundo tenet adducta fuere ad
ostendendum quod forte non tam
habetur expresse in sacra scriptu-
ra sicut asseritur huius exceptio
ab originali peccato precipue maxime sub ter-
minis de quibus loquimur Con-
stat tamen quod de hoc satis lo-
quitur evidenter Nam cum ibi-
dem contineatur quod christus conceptus
est de spiritu sancto et cum non
huiusmodi opus a deo factum esse
immediate Cum tanta repu-
gnancia ad finem incarnacionis
scilicet redempcionem generis humani
hec est cum macula originalis peccati
Multaque sunt alia ut statim pa-
tebit evidenter hic demonstranda

Responsio ad forcius articulum et de vii consideracionibus prehabitis

Unde pretermittendo similes
respondendi modos ad
veritatem rei in se propi-
quius accedendo pro responsio-
ne ad hoc argumentum tenebi-
tur iste ordo / primo namque ostende-
tur non fuisse necesse fieri mencionem
de beata virgine in hac excepcione
Etiam si ipsa a peccato originali fuit
immunis et hoc racione exem-
cionis suarum operacionum et
ydemtitatis cum christo Secundo
racione sue excellencie quia est
sponsa christi Tercio racione sue
fecunditatis et prolis quia
mater omnium filiorum dei Et in
prosequcione eiusdem proposi-
tionis declarabitur multiplex excel-
lencia eiusdem super ecclesiam mi-
litantem Quarto deducetur
quod non tam ex privilegio quam ex
intencione legislatoris exempta
intelligitur ab originali peccato Quin-
to declarabitur de concursu sue
causalitatis cum christo ad nostre
reparacionis misterium Sexto
ostendetur quod attendere ad diccio-
nes multum proficit ad so-
lucionem prefati argumenti
Ultimo dico quoniam ex

responsivis racionibus ad dictum
argumentum hec doctrina plu-
rimum sic confirmare nititur
ne dicatur quod hec doctrina solum
firmatur racionibus et sanctorum
auctoritatibus doctorum Adducentur
plura testimonia sacre scripture
que de hac sancta concepcione
beate virginis satis manifestam
pie volentibus intelligere faciunt
evidenciam Dicatur ergo primo quod
in huiusmodi exceptivis loquucionibus
in quibus christus eximitur ab originali peccato
non fuit necesse de beata virgine
expressam facere mencionem excep-
cionem / quia sicut operacio sua
respectu christi est excepta incarnacionis
Item quod non includitur sub lege
communi ita de persona sua di-
ci posse Nam cum persona
eius sit multo maioris dignitatis
sit quam operacio ipsius Si actio
dicitur exempta a lege communi
multo amplius videtur persona
esse Contractus factus inter
clericos qui est opus eorum dicitur — clericos
exemptus esse a seculari iudicio
Nunquid a fortiori persona clericorum
que maioris dignitatis est dicitur
exempta fore notorium est hoc
de iure communi Cum ergo operacio-
nes huius virginis respectu christi
scilicet ipsius activa concepcio et par-
tus aliaque similia multa sint
excepta a communi omnium aliorum
lege videtur quod persona sua non
minus dicatur exempta Re-
plicari ad hoc posset quod simili
racione diceretur quod cum operaciones
miraculorum et alia multa
que in sanctis fuere sint preter
et supra legem communem quod ergo
persone sue similiter fuerunt ex-
empte a lege communi de contractio-
ne originalis peccati Et quid non
persona sed maxima dicia
parva

Quia enim constet miracula
duntaxat posse fieri diuina
virtute. Cum sancti dicuntur
miracula operari, hoc dicitur esse
suppliciter vel quia se habent ad
ea per modum meriti rogan-
do deum sic facere, vel ad
amplius per modum instrumenti que-
dam quandam participare
virtutem ab agente principali
per modum transitus aut in respectu
permanentie, seu quod diuina pro-
uidencia ipsis quemadmodum
sacramentis assistens operetur
miracula huiusmodi. Verum quo-
cunque modo hec fiant notissimum
est quod racio principalis seu ta-
lis agentis quod virtualiter dicitur
in se effectum continere secundum
non competit in huiusmodi opera-
cionibus miraculosis. Constat
autem quod beata virgo in actiua
conceptione se habuit non so-
lum in racione instrumenti sed
in racione veri agentis quia
illius hominis concepti non est
intencionis dicere respectu vere
persone aut nature diuine sed
humane. Nam licet operacio
ista fuit instantanea non
propter hoc concluditur quin
etiam naturalis virtus concurrerat
et operacio actiua ipsius virginis
respectu fetus concepti. Et qui-
dem licet de costa ade mira-
culose formata sit ewa et
ex purissimis sanguinibus
virginis miraculose forma-
tus sit ille homo cristus, aliter
tamen et aliter. Nam in illa
formacione Eve adam non
concurrit naturali virtute et
actiua operacione, sed habuit
se duntaxat passiue mini-
strando materiam illius.

Beata autem virgo in conceptione
filii dei et sui non solum se ha-
buit passiue ita quod corpus quem-
admodum ex adam sumpta
sit materia ad formacionem illius
corporis humani, sed concurrit
cum etiam naturali virtute et actiua
operacione. Beata enim virgo
non erat sterilis ex condicione
nature ita quod inhabilis esset
ad generacionem quia erat non
defectuosa sed mulier etiam
in esse nature perfecta et etiam erat
in etate qua poterat generare
quia iam quando concepit de-
sponsata fuerat. Unde que-
admodum si concurrisset
semen viri poterat naturaliter
generare, ita quod ministerium spi-
ritus sancti pro virili semine
eius fuit. Ita quemadmodum
sic ac perfectius quam omnis mulier
in generacione filii actiua con-
ceptione concurrit. Et ex hoc
merito naturalis filius eius dicitur.
Non sic autem dici potest proprie
ewa filia ade. Hoc autem
manifeste videtur significasse
angelus cum dixit ad beatam
virginem: Ecce concipies in
utero et paries filium. Non
dixit in te concipietur filius
quia solum se haberet passiue sicut
adam ministrando materiam,
sed manifeste datur intelligi
quod in huiusmodi conceptione con-
currit naturali operacione virtute
et actiua operacione. Idem
patet ysaie vii: Ecce virgo
concipiet et pariet filium.
Itaque manifeste apparet quod in hac
operacione miraculosa aliter
se habuit beata virgo quam alii sancti
in operacionibus illis que ab
eis mirabiliter dicuntur fieri
in quibus videntur se habere

quasi per modum passionis/
unde remanet racio in suo
vigore / viz quod si operacio virginis
respectu filij dicatur correpte ac-
cionis quod a fortiori persona
sua / esset non fuit necesse oppliari
quod peccata foret a predicta le-
ge communi de contraccione o-
peti. Attento maxime quod quam
si operacio sua non esset corrp-
te accionis quia ut supra
commemoratum est. Hec est lex
ignominiosa et penalis. Et de
huiusmodi lege communiter dicitur nullatenus
potendi debere ad personam
cuius dignitas est maior quam tocius
multitudinis que subiacet illi
legi communi et solum ab ea
quantum ad regimen id dependet
Sic patet de lege prisfami-
lias de familie sue non enim
ipse nec uxor sua subiacitur
legi penali per quam ipse in-
stituit familiam regi debere
Similiter se habet de lege qua
alia quecumque universitas sive
communitas regeretur si ita in totum
vel par ab ipso regente publice
dependeret. Secundo videtur
quod eo ipso quod in sacra scriptura
exceptio est de persona christi
intelligitur etiam esse de beata
virgine saltem quantum ad ef-
fectum huiusmodi Racio est in aperto
Constat enim quod nulla pars
excipit contra sive totum ut
legis. Cum enim dicitur quod solum
genus humanum est racionale
non excipitur quod sortes racionalis
non sit. Est enim pars huma-
ni generis nec e converso ab
huiusmodi parte excipitur totum
Exemplum accomodum
dicitur homini inter virum et uxo-
rem qui non duo sed una caro
sive unum totum esse dicitur
ut si dicamus iste est filius
talis patris. Hec dictio excep-
tiva addita parti non ex-
cludit totum quin sit filius
utriusque scilicet patris et matris. Hec
si addatur toti non excludit
partem. Applicando ad in-
tentum nostrum intencionem
augustini in prefato sermone de
assumpcione. Caro filij est
caro virginis matris / unde
se habent sicut pars et totum
Cum ergo excipitur filius non
intelligitur excludi matrem a
re significata per huiusmodi ex-
cepcione ymo tamquam ambo
sint quoddam corpus totum
videtur manifeste contineri
sub ista excepcione. Si vero
aliquis opponat ex similitudine
huius racionis extendendo
ad qualem matrem et filium
ut si dicamus solus filius non
habet peccatum originale ergo et mater [illegible]
non habet / evidenter iam constat
consequenciam non valere
Reducatur ad memoriam quod
ex speciali racione dicitur filius
virginis nec unquam alius sic
fuit vel erit filius sue ma-
tris. Totum enim quod fuit sub-
stancia humanitatis christi fuit
solum de substancia virginis
quod nullatenus reperitur in
alijs filijs. Unde cum spe-
cialis racio hic militet nec
mirum si specialis resultet
effectus. Hec solucio prout
clare inducit in de concepcione
virginali per fulciri auctoritate
sacre scripture. Dicit enim quod
peccatum originale sic proveniat ex
transgressione simul adam
et eve / sed nominatur

solum primus parens quando
adam cum costa sua coniugis
edificata in mulierem dici
poterat adam sic legitur
Gen. v. Hic est liber generatio-
nis adam in die qua crea-
vit deus hominem ad yma-
ginem et similitudinem dei
fecit illum masculum et
feminam creavit eos et vo-
cavit nomen eorum adam
in die qua creati sunt Ecce
ergo ista auctoritate manifeste habetur
quod adam et eva cum totum
quod ipsa sunt fuit ex adam re-
putantur in sacra scriptura a quo
unum totum et vocantur
uno nomine cuius totius quilibet
eorum sit pars Ita ut quod
de uno dicitur de alio etiam
intelligatur Sic ergo in pro-
posito videtur dicendum quod conceptio
si qua exprimitur in sacra
scriptura vel sanctis doctoribus
de christo quia caro christi est specia-
lissimo modo caro virginis
et econverso quod conceptio huiusmodi
debet etiam intelligi dicta
de virgine etc.

Preterea in materia huius
conceptionis interius
considerando merito
potest attendi quod quemadmo-
dum dicimus quod tota caro
eve fuit caro ade et assu-
mebatur ut socia sive spon-
sa eius Ideo sancto prophetico
spiritu dictum est Hoc nunc
os ex ossibus meis et caro
de carne mea quamobrem
relinquet homo patrem et ma-
trem et adherebit uxori
sue et erunt duo in carne
una Ita in proposito quantum
ad christum et beatam virginem
potest merito considerari

Constat enim quod christus et beata virgo
in sacra scriptura non solum
comparantur ut filius et mater
sed ut sponsus et sponsa
Quod autem christus vocetur sponsus
habetur in multis locis sacre
scripture sed specialiter ad hoc per-
tinens est auctoritas psalmo xviii
In sole posuit tabernaculum
suum et ipse tanquam spon-
sus procedens de thalamo
suo Ipse etiam vocavit
se sponsum mathei ix quando
respondit pro apostolis contra
quos murmurabant iudei
quod non ieiunarent dicendo
Numquid possunt filii sponsi lugere
quamdiu cum illis est sponsus
Quod autem beata virgo dici pos-
sit sponsa christi et quod ratione con-
nullus dubitaret Nam si
quelibet virgo sancta dicitur christi sponsa
quanto amplius beata virgo sed
specialiter Ita quod multi alii con-
veniunt patet ex dicta auctoritate
tanquam sponsus dominus proce-
dens de talamo suo Continu-
enti enim officia de solemnitate
natalis domini apparet quod ipsa
beata virgo etiam ratione huiusmodi
professionis dicitur sponsa conve-
nienter hec ad beatam ut communiter
exponunt doctores et ecclesia
attribuit beata virgo sponsa huius
sponsi christi singulariter dicitur
canticorum iiii Tota pulchra
es amica mea et macula
non est in te Veni de liba-
no sponsa mea veni de
libano veni coronaberis
pa hermanite patet ex de-
lionnacionibus quas ecclesia
ac tota universalis et quasi particularis
religio romana attribuit beate vir-
gini Constat enim quod due

psone compant solum ut mr
et filius. Denominatio que
competit filio ex aliqua pre-
cellenti dignitate respectiua non
dicitur matri competere. Naz
si filius sit Rex non prop-
terea mater regina dicitur nisi
iam fuit uxor regis uel alias
regina primo. Exemplis exem-
plificatur in qualibet alia di-
gnitate / ut si filius est dux
comes uel baro. Ita etiam
se habet ex opposito. Ut si mater
regina uel ducissa non co-
ipso communiter rex quilibet filiorum
uel dux nominatur. Sed uirum
aut et uxorem siue sponsum
et sponsam mariti huiusmodi
sunt communes denominationes.
Unde si uir est Rex et uxor
regina. Si dux et ipsa du-
cissa. Si dominus et ipsa
domina. Et communiter de qualibet
alia denominatione dignitatis
respectiue. Et causa dicit prove-
nire ex eo quod ratione matrimo-
nialis copule iam non duo
esse intelliguntur sed velut
sint una persona dicuntur esse
una caro. Nunc applicando
hec manifestum est huiusmodi deno-
minaciones respectiuas digni-
tatum communes esse christo et
beate virgini. Ut enim dicit Rex
apocalipsis xix. Ita beata virgo regina
dicitur primo psalmo. Astitit
Regina a dextris tuis. Et
dicitur rex celi et hec. Ecclesia
cantat de virgine Regina
celi letare. Primo dicitur
dux angelorum hebreos ii. Bea-
tissime virgini quotidie
dicimus Aue domina ange-
lorum. Hec autem denominatio
beate virgini specialiter debet competere
similiter
respectu hominum. Ecclesia si xpus
dicitur dominus noster. Et ipsa etiam
domina nostra. Item si est
dominus angelorum ergo et hominum
ut dicatur plena gracie et mi-
sericordie. Communiter autem
cantatur in ecclesia Maria mater
gracie mater misericordie.
Et dicitur mediator noster / et
unus Bern et ceteri ancti deuotorum
sanctorum beata virgo dicitur media-
trix nostra. Christus dicitur
interpellator intercessor et dep-
recator noster apud apostolum et aduoca-
tus. Harum denominacionum
est particeps beata virgo. Defi-
ceret me tempus enarrante
huiusmodi denominationes / sed qui
deuote intuebitur reperiet
quod omnes fere huiusmodi dignitates
et denominaciones que xpo
possunt competere preter unionem
cum deo personalem et eius
non repugnat capacitati co-
petunt eidem beate virgini. Ille
aut que primo respiciunt et es-
senciam deitatem nec alicui
sunt communicabiles creature illarum
denominacionum non est parti-
ceps beata virgo. Hinc ipsa non
dicitur creatrix mundi nec infi-
nita uel omnipotens. Et quod sunt
considerandum est quod in omni-
bus huiusmodi denominacionibus
excellencie respectiuis non solum
debeat absolute dicuntur sed cum
habitudine summitatis et pri-
mitatis. Hic enim ut dicitur
primus et summus rex celorum
Ita beata virgo prima et summa
celorum regina. Prima domina
prima mater gracie prima
mater misericordie. Prima

Mediatrix et prima advocata Cum ergo reperiamus quod hee denominaciones competunt simul christo et b. virgini Et non eis competunt incongruum considerantibus solum ut mater et filius ut statim patet oportebit ergo dici quod conveniunt non solum in habitudine filii et matris / sed sponsi et sponse / quod manifeste demonstrant huiusmodi denominaciones communes Ex istis infertur sic Si b. v. quo ad quod sponsa christi est dicitur gaudere eadem prerogativa cum christo in hiis que spectant ad dignitatem eminenciam excellenciam et honorem / quod si christus Rex virgo regina / christus dominus virgo domina Licet in hiis que pertinent ad exemcionem ab opprobrio et ignominia dicatur etiam participare eadem denominacione Si enim Rex dicitur exemptus a iurisdicione alterius regis sive imperatoris videlicet a lege suorum tributorum et vectigalium et aliis onerosis Numquid uxor eius regina ab huiusmodi non dicetur excepta Ita quod excepcio unius non sit exclusio alterius sed inclusio potius manifestum est quod sic / Simili modo si dicamus quod dux est exemptus a rege et ducissa dicetur excepta posito etiam quod dicatur cum dictione exceptiva unde si dicamus quod solus Rex francie vel polonie est exemptus a iurisdicione Imperii

vel est exemptus a lege tributoria regni sui uxor eius scilicet eciam non est ipse Rex et tamen dicitur exempta esse Ita ut dictio exceptiva addita uni alteri non excludit sed potius includere debet Ad hoc facit supimus expressa consideracio de lege quo non extendetur ad Reginam hester Et quidem merito quia ex natura matrimonialis vinculi debuit quia vir suus exemcione gaudere Et ex hoc respondetur ad obiectionem que ex levi fieri posset Nam ex hoc sequetur quod etiam ipsam deberet ab originali peccato exempti esse sic omnis vasalli Regis francie a iurisdicione sive lege tributoria Imperatoris Oportet ad memoriam reduci quod in principio commemoratum est quod lex de contractione originalis peccati non est chirographum dyaboli sed decretum dei verum exemplificare oportet in eundem tione Et quidem Regina non solum a lege contrahendi sed sui principis sive regni dicitur exemcione gaudere / quemadmodum hic Regina hester a lege viri sui principis Assueri Ita ergo in proposito si ut sponsus christus dominus et mediator dicitur exceptus esse a lege penali sive tributoria et ignominiosa contractionis originalis peccati Numquid b. virgo que ipsius sponsa ac perfecta domina regina et mediatrix

dicitur etiam excepta esse mal
bigitur Certe si aliud eviden
tius non ostendatur quia hic
quasi per se notum est humane
racioni nullus contra racio
nabiliter obsistere potest Aperi
to ipse clamabat augustinus in presa
to sermone assumptionis quod
asserens beatissimam virginem
non corrupi debere a communi
in exordio condicionis
humane a quo prius corrupi
oportet quod ostendat se fuisse
consiliarium dei aut sciuisse
consilium ipsius quod non ad hoc
quod racionabilissimum est divino
consilio est conforme secundum mi
litat in oppositam partem Ta
lis namque non sentit illud
quod racionabiliter consentien
dum est de sponsa cuiusque
principis Nec de virgine sen
tit que propria digna et iu
sta sunt quemadmodum decet
sentire de sponsa dei / Vn
de ex hac consideratione ma
nifeste patet quod in corrupcione
a lege contractionis originalis peccati
quia xpc et beata virgo se habent
vt sponsus et sponsa et
non sunt duo sed vna caro
corrupcio vnius est corrupcio
vtriusque Ita quod non concludi
ditur sed potius sub eodem
includitur predicato

De tercia consi
deratione xpi
et virginis tan
quam sponsi et
sponse divini fi
delium in esse
spirituali

Vlterius etiam tractam
materiam prosequendo
quo ad istam vnio
nem siue habitudinem spon
si et sponse inter xpistum et
beatam virginem que non so
lum sponsalicii sed coniugii
tenet racionem ex parte pat
ernitatis respectu prolis inde
multiplicate Considerare

oportet maximam esse differenciam
istarum vnionum vz sponsi
et sponse de cuiusque communi inter
quemlibet virum et vxorem a
de et eve xpisti et beate virginis
In prima est habitudo vnio
nis ad vnam fidelem indi
uiduam consuetudinem
vite que vtrique viuente est
inseparabilis et communiter fit
racione prolis inde procre
ande In adam enim et eva
non solum erat hec habitudo
sed maior quia nedum erat
coniuncta viro quo ad predictam
triplicem vnionem sed quod
non est in aliis ipsa erat de
viro formata In xpo vero
et beata virgine constat quod quelibet
habitudo istarum vnionum
dicatur esse multo maior tanto
quanto pocior racio germanitatis
est inter xpm et beatam virginem quam
inter adam et evam ex eo
formatam Item ex alia
differencia constat enim quod in illis
tribus que dicuntur bona matrimo
nii scilicet fides proles et sacra
mentum Inter coniuges potest
venire saltem de facto contra
rius effectus / potest enim esse quod
nulla sit coniugibus proles vel
quod alter deficiat debita via
vtriusque vel alterius eorum prolem
suscipiat Item habitudo
coniunctionis ad legittimam
prolem inest aut inesse potest
cuius valde pacidens in fi
de seruanda vnius ad alterum
Quomodo contingit oppositum
quia alter alterius maculat
thorum quo ad indiuiduam
vite consuetudinem Etiam

sepe evenit ut nunquam ve-
lint simul cohabitare In
xpo aut et virgine ita tam bona
coniugii racione cuius dicitur
sponsus et sponsa mani-
festum est semper integra
permanere Nec alter ipsorum
oppositum effectum exime-
posse Est enim inter eos per-
petuo inseparabilis unio indiui-
due vite / quia xpi et bte v-
irginis est vita eterna non
temporalis Ita ut per mortem
alterius coniugium possit dissolui
Item et defectu habitacio ut-
riusque est simul Nam ut dicit
Jeronimus in sermone assumpcio-
nis xpc assumpsit btam virginem
matrem suam secum in
throno / de fidelitate frangenda
dicere superfluum putat quia
non iterum debet sponsum
suscipere alium Item respectu
prolis tam inseparabilis est
habitudo unionis ut quocun-
que xpc dicitur esse pater et
bta virgo dicitur mater Nec ab
homine est vel nunquam erit
filius dei / qui sit virginis fi-
lius et econverso / Restat nunc
probare que dicta sunt de
huiusmodi coniugio sive matri-
monio spirituali inter xpm
et btam virginem regenera-
cione sive maternitate inde
sequente respectu omnium filiorum
dei. quod quidem utique dicatur esse
quod unum et primum principium
dum que ad nostram salutem
pertinet sive ad misterium
redempcionis et recuperacio-
nis omnis boni quod perdi-
tum fuit in primo parente
ut Ber in sermone virgo

magnum est vehementer
quod nobis dilectissimi vir
unus et mulier una nocue-
re Sed gratias deo per unum nichilo-
minus virum et mulierem
unam omnia restaurantur
nec sine magno feniore gra-
ciarum Nec enim sic delic-
tum ita et donum Sed ex-
cedit damni extimacionem be-
neficii magnitudo Sic in-
nivium prudentissimus et
clementissimus artifex quod
quassatum fuerat non con-
fregit sed refecit ut videlicet no-
vum nobis adam forma-
ret ex veteri / et evam
transfuderit in mariam Qui-
dem sufficere poterat xpc /
siquidem et nunc omnis sufficia
ex eo est / sed nobis bonum
non erat esse hominem solum /
congruum magis fuit ut ad-
esset nostre reparacioni sexus
uterque quorum corrupcioni neuter
ter defuisset Item in ser-
mone de adventu qui inci-
pit Gaudete fratres in domino
prosequendo quandam consi-
deracionem subiungit sic
dicens / queritur modus re-
dempcionis et status de throno
divinitatis marie nomen
expolitur et per ipsam et
in ipsa et de ipsa et cum
ipsa totum hoc faciendum de-
cernitur Et sic sine eo
nichil factum est Ita sine
illa nichil refectum sit Hec
hec idem docet ans in libro de
conceptione bte virginis
dicens Dicit omne bonum

feniore

ad quod homo conditus fu
erat perdidit in adam et idem
bonum multum excellencius
recuperavit humana natura
per mariam Item dicit in
oracionibus ad xpm et virginem
per plenitudinem gracie tue
beata virgo et que in inferno
erant se letantur liberata et
que supra mundum se gaudent
restaurata O femina mira
biliter singularis et singulariter
mirabilis per quam electi re
novantur inferna remediantur
homines salvantur reintegrantur
Item idem in simone nata
virginis cyma res meum subli
mi contemplor marinam loca
tam Nichil equale marie
nichil sublimius maria nisi
deus Omnis creatura a deo
est creata et dei natura ex
maria est nata Deus omnia
creavit et maria deum ge
neravit deus qui omnia fecit
ipse se ex maria fecit et sic
omnia que fecerat refecit
qui potuit omnia de nichi
lo facere noluit ea viola
ta sine maria reficere De
us igitur est pater omnium consti
tucionis Maria est mater
restitucionis omnium Et infra
O domina mater es iusti
ficacionis et iustificatorum
genitrix es reconciliacionis
et reconciliatorum parens
es salutis et salvatorum
Hec ille Ex quibus manife
patet quod beata virgo est mater
omnium regnatorum per xpm

ipsum Item quod ipse pater beata
virgo dicitur mater Unde
cum habeat omnes filios ne
cesse est dici inter ipsos fore
legittimum coniugium quia non
posset dici de illato torubi
tu genitam Unde de beata
virgine iuxta exposicionem
multorum sanctorum doctorum
dicitur quod omnium bonorum mater
est sapiencie xxiiii Item de se
dicit Ecclesiastici xxiiii Ego mater
pulchre dileccionis et timo
ris et agnicionis et sancte
spei Item hec dignitas
maternitatis respectu omnium
filiorum dicta ingeritur sicut
in premissa auctoritate Canti
corum in qua beata virgo sponsa
vocatur Ecquid cum hec
sponsa non debebat intelligi
sterilis sed cum fecunditate
quorum deus sponsus sinus
est pater ipsa dicetur et mater
Et quia sic sponsus regis
in esse spirituali regeneracionis
dicitur esse pater omnium filiorum
fidelium eorundem eciam mater
dicetur beata virgo licet non
coniux sed sponsa nominetur
Nominatur autem in sacra scriptura
potius sponsa quam coniux vel
uxor quoniam sub nomine
sponsi vel sponse communiter
purus amor Sub nomine
vero coniugis frequenter intel
ligitur et libido Et quia
hac fecunditatem maternitatis
non libido sed caritas fecit
hinc non coniux sed sponsa
potius nominatur Ergo quod
vacat sine misterio quod

sponsalitii b virginis ad xpistum non in sterilitate sed prolis fecunditate intelligi. Vel etiam expresse habetur prouerbiorum vltimo et canticorum vi Cum dicatur quod filii et filie sue laudauerunt eam et beatissimam dixerunt Similiter et laudauit eam vir suus Fortasse aut aliquis diceret quod beata virgo dicatur esse mater omnium filiorum dei qui sequuti sunt aduentum xpi Virgo est mater omnium bonorum qui ante et post aduentum eius aut qui precesserunt Tunc nullus filius suam matrem precedere dicitur Oportebit filios dici de natiuitate ipsius xpi Nam ut xpc non fuit actu conceptus natus a matuus a mundi principio Vn ista ratione concludet quod fideles [illegible] in celo essent pupilli et orphani absque patre et matre Cum subsequentes et non ipsi dicant hic xpm patrem et virginem matrem Racio que ydemptitatis compellit dicere beatam virginem esse matrem non solum istorum sed vniuersaliter omnium filiorum dei Quia sicut xpc est pro restitutionibus omnium qui in eum crediderunt a mundi principio Sic et virgo mater est eorundem fidelium Evangelistis aut ad priorem sermonem non est [illegible] que prima facie notari potuit videtur licet concludere duo Primum est quod quemadmodum in naturalibus iuxta

Et virgo simul cum xpo est prima primum in esse spiritualis vite omnium ideo immunis ab omni peccato

doctrinam Boecii Non ex diminutis inchoat natura rerum cepit exordium Sed ab integris et absolutis procedens hec in extrema ac effeta dilabitur quod nullius rei natura suo principio melior existere potest Itaque in spiritualibus omne quod dicit esse principium est perfectius omnibus que sub eo militare dicuntur Communiter enim videmus quod primi legislatores fuerunt sequentibus sanctiores Vnde Abraham omnibus qui in lege nature usque ad Moysen Hic aut omnibus usque ad Dauid Vnde rationes horum principantium diuerse etates annumeratur Hoc etiam videmus in apostolis et in primis fundatoribus ordinum religiosorum communiter consuetudinum Primi enim patres sanctiores fuerunt Et ergo Adam et Eua fuerunt omnium principium omnium in vita seu generatione carnali Ita xpc et virgo fuerunt in regeneratione spirituali quemadmodum dicitur quod in nullo homine reperitur aliquid quod spectet ad perfectionem nature quod in illis non perfectius fuerit Vt enim communiter dicitur Adam creatus fuit in tanta perfectione spirituali [illegible] naturali tamen est capax sibi desiderare Sic ergo oportet dici in xpo et in virgine respectu vite spiritualis Ita quod in utroque respectu omnium qui sub eis militare dicuntur puritas maior et caritas

pstinor hec sunt que proprie
ad vitam pertinent spiritua-
lem. Item ergo in multis
reperiatur puritas que est
evidencior ab omni peccato
quia beata virgo cum christo simul
suo modo est commune principium
omnium in esse spirituali oportet
quod in ea puritas maior re-
splendeat. Et autem dicendo
potest nisi quod ipsa subiecta non
fuit. Item non videtur
convenire ordinatissime dis-
posicioni divine providencie
Et cum christus et virgo sint omnium
principium in huiusmodi rege-
neracione spirituali quod in eo
in quo convenit eius racio
participandi in altero prin-
cipantium antequam principa-
re incipiat, ymmo quod sibi
per maxime competit prin-
cipandi racio oppositum re-
periatur. Quemadmodum si
diceremus quod adam et eva
qui creati erant ut essent
principium in vita carnali
quod alter eorum prius quam principa-
ret mortuus fuisset ac per-
didisset carnalem vitam
quam aliis prestare debe-
bat hoc modo paradiso dicat
contigisse beate virgini. Item non
creata sit ut tamquam femi-
nina sit principium omnium
in vita spirituali, asseritur quod
quantum actu ipsa principium cepit
esse personaliter primo spiritualiter
mortua fuit quod non mi-
nimum videtur absurdum
Item sponsum et sponsam
multum decet conformitas
sic in nobilitate pulcritudine

virgo

sapiencia ingenia et ad
condicione qualiter pertinere
ad similitudinem vel conju-
ges vel equalitatem. Item
christus semper fuit innocens
hic maxime decet beate virgini
sponsam suam que in
regeneracione spirituali dicitur
esse fidelium mater et ipsa
in huiusmodi regeneracione filiorum
merito absque inspiracione
aqua vel defectu posset
dici principium. Item quod si
adam et eva qui a deo
creati sunt ut essent principium
vite carnalis omnium ab ipsis
descendencium fuerunt a deo
creati cum virtute innocencie
quanto magis beata virgo que
suo modo cum christo debuit esse
principium in vita spirituali omnium
fidelium a deo creata fuit
cum virtute innocencie. Item
ad esse principium quantum ad
esse carnale non sic apparet
repugnat culpa sicut
principio quantum ad esse spiritua-
le. Unde ex hoc patet quod co-
gnicio facta de christo a contra-
ctione originalis peccati non dat
intelligi beate virginis in eo conceptam
fuisse, ymmo quia ipsa
simul cum christo est principium
et mater omnium in regenera-
cione spirituali eo ipso quod christus
concipitur ipsa eciam concepta
intelligitur, ut racio principii
spiritualis in utroque principio
quantum ad hanc puritatem re-
periatur conformis. Per hoc
autem evidenter monstratur quod racio

infusionis o p a primo
parente in illam futuram
posteritatem non potuit
vel non decuit se extendere
ad xpm nec beatissimam
virginem Ergo qd eius
conceptus fuisset communi
modo propagationis huius
Secundo de xpo et b v non
tam est consideratio qd sit
effectus illius cause vel prin-
cipiatum descendens ab
illo corrupto principio scilicet
parente primo sed est sub-
limior consideratio qd sint
principium contrarie regenera-
tionis illius et omnium aliorum
filiorum dei / Adam enim
dicitur generare filios genitum
ad esse naturale subiectum
corruptioni et quasi mortuum
quoniam corpus propter peccatum
mortuum esse dicitur / xpus autem
et beata virgo dicuntur regenerare
in esse altiori quo sunt re-
genitum ad esse spirituale et
vivum ac permanens in eternum
Quod aut xpc et b v huius-
modi habeant rationem principii
de xpo patet Io xi Ego sum
resurrectio et vita qui credit
in me etiam si mortuus
fuerit vivet / et omnis qui vi-
vit et credit in me non mo-
rietur in eternum / Item Io
x Oves mee vocem meam
audient et ego vitam eter-
nam do eis / De beata aut
virgine etiam dicitur proverbiorum
viii Qui me invenerit
inveniet vitam et hauriet
et salutem a domino

Qui aut in me peccaverit
ledet animam suam omnes
qui me oderunt diligunt mor-
tem / Item ecclesiastici xxiiii In
me omnis gratia vite et ve-
ritatis In me omnis spes vite
et virtutis / Item quia sibi
competat ratio principiandi re
omnium filiorum dei patet ibidem
Qui creavit me requievit in
tabernaculo meo / et dixit
in in electis meis mitte ra-
dices / non dicit in istis vel
in illis sed absolute et uni-
versaliter in electis qd ex hoc nullum
accipiens hic de petro in-
telligitur vbi oves meas ex-
cas indistincte oves sibi deus
commisit Hic aut sensus patet
ex verbo sequenti / et in plen-
itudine sanctorum detentio
mea / plenitudo namque evi-
denter demonstrat in hoc
neminem excipi / Item de
huiusmodi principiatione subiungit
et radicavi in populo ho-
norificato Item dicit Ego quasi
vitis fructificavi dicit enim
salvator de se dixit Ego
sum vitis et / Itaque ex in-
tentione sacre scripture apparet
qd xpo et beate virgini compe-
tit ratio principiandi respectu
spiritualis et eterni esse genitum
ad omnes electos sive filios
dei Quod vero huiusmodi deno-
minationes competant b v
ex attributione eterne manifeste
patet intuenti officium de virgi-
ne Ibi enim dicitur vita data
per virginem gentes redemptae
plaudite / Item vitam prestat

Nota in naturalibus quod primum principium nunquam subiectum suo contrario

puram et similia Et si quis diligenter respiciat operationes sanctorum reperiet beatam virginem appropriari omnes operationes meritorias aut dispositivas que christo attribuuntur / Unde dicitur quod ipsa maledictionem abstulit et benedictionem portavit Ianuam celi aperuit quod illuminat quod initiat etc de operationibus aliis preter eas que solum virtute deitatis fiunt a christo Tamen ergo christus et beata virgo prout patet sunt primum principium omnium viventium in esse spirituali sive gracie et sempiterno causalitas corruptionis primi parentis huius esse contraria non potuit vel non debuit se extendere ad christum et beatam virginem quibus econtrario ratio activa principiandi competit respectu omnium qui ab ista corruptione liberantur et attingunt esse incorruptibile illi contrarium / Item primum principium in quolibet esse nunquam primo fuit subiectum contrario suo Unde cum quia ignis est primum principium in genere calidorum ipsum nunquam fuit subiectum frigiditati / Secus autem est de lignis que nos calefaciunt Licet enim primo potuit esse frigida et consequenter cum ignita et calefacta fuerint possunt nos calefacere Ita est de candela / potest enim primo sub tenebris esse et postea luminosa effecta aliis reddere lumen / Non sic autem de sole vel de celo Empireo sive stellato quod dicitur esse primum principium in genere omnium corporum illuminancium / Ita ergo cum christus aut beatissima virgo sint principium omnium viventium in esse aut vita spirituali non est dicendum quod huiusmodi primum principium fuit primum mortuum spiritualiter Ita quod fuit primo subiectum suo contrario / et ex hoc sequitur quod cum dicendum non sit primum principium in aliquo esse primo subiectum fuisse suo contrario / manifeste datur intelligi quod licet dicatur omnes in adam peccaverunt non propter hoc sequitur quod in eo peccaverunt christus et beata virgo ex ea propter rationem quod sunt primum principium illius esse quod est contrarium huiusmodi corruptioni peccati Et patet quod generalitas nullo extendi debet ad beatam virginem in qua suo modo reperitur prima ratio principiandi quantum ad contrarium esse / Preterea omnis ratio effectuationis / nunquam ab effectu in causam sed a causa in effectum descendere dicitur / non enim dicitur quod calor ab aqua in ignem sed econtra ab igne in aquam Unde dicimus de doctrina magistri ad discipulum et non econverso Et de vita patris ad filium Constat autem quod sicut christus quantum ad esse spirituale dicitur pater ade primi parentis Ita et beata virgo dicitur mater suo modo Unde ergo dicatur quod adam potuit alterum istorum principiorum corrumpere in esse spirituali iam haberet habitudo

effectuacionis non descendet
a causa in effectum siue a
principiante in principiatum
Sed quia procederet a filio
in matrem diceretur ascen
dere ab effectu in causam et
a principiato in suum princi
pium / principium enim vite spi
ritualis est xpc. et beatissima
virgo in primo homine / preterea
nullum agens per influen
ciam a suo passo recipit
contrariam qualitatem sue
actioni seu virtuti respectu
cuius actio ista sibi competit
hoc enim est contra intel
ligenciam naturalem quod sol
obtenebretur ab aere quem
debet illuminare, et luna
corrigetur a terra quam facit
humidam / Item quod aqua
frigefaciat ignem a quo
debet calefieri / filius primo
mortificet patrem a quo de
bet vitam assumere Et
discipulus primo efficiat suum
magistrum ignorantem a quo
debet edoceri Simile in
proposito asseritur / diceretur
enim quod beata virgo que est mater
ade et principium eius quan
tum ad esse spirituale et in
corruptibile / primo corrupta
et mortificata fuit ab eo
in huiusmodi esse / Oportebit igitur
quod dicere vel quod ipsa non sit
mater ade in huiusmodi esse
spirituali / vel certe quod de co
rupcione eius nunquam
contraxerit originale peccatum / ne
passivum dicatur influere in
agens contrariam qualitatem
sue actioni Sextus arguitur
de habitudine esse corrupti
bilis quantum ad carnem
Hoc enim potuit ab eo virgo
contrahere quia quantum ad
hoc adam reputatur causa et
principium ipsius / Ita huiusmodi
corrupcio non opponit dir
recte quantum ad esse spiritua
le in quo beata virgo dicitur
mater ade Est ergo summa
huius consideracionis quod pri
mus parens suo peccato bene
potuit corrumpere primus qui
dicitur filii sui Nec convenit
eius racio principii respectu eius
in aliquo esse Sic enim non
filius ade dicitur pater eius
quantum ad esse corporis Ita
pater quantum ad esse spirituale
Sed aut virgo licet dicatur
filia ipsius quantum ad esse
corporis in quo potuit ab eo
corrumpi / est tamen mater
eius in esse spirituali Ergo
manifeste patet ab ipso cor
ruptam non fuisse Hec est
euidentissima causa quo
et si xpc non communi genera
cionis humane fuisset
conceptus nunquam contra
xisset originale peccatum / quia in
ipso est prima racio principi
andi respectu effectum con
trarium Et sic iam liquet super
hoc conclude quod exceptio in
sacra scriptura de xpo a con
traccione originalis peccati est illa
excepto virginis ex habitudine
huius spiritualis matrimonii et
fecunditatis inde sequentis
racione cuius xpc et virgo spon
sus et sponsa pater et ma-

cum conveniat in esse spirituali
dicitur. Item predicta con-
sideracio patet ex eo quod Christus
non tantum comparatur ad A-
dam sicut filius sed ut dominus
eius. Unde quia dominus
ipsius nunquam debuit sue
corrupcioni subiectum esse
sic Christus dixit ad Iudeos
Mathei xxii quando ab eo interroga-
ti responderunt quod esset filius
David. Quomodo ergo David in
spiritu vocat eum dominum
Et non solum secundum deitatem
sed secundum humanitatem
Christus prout dicitur Mathei
ultimo. Data est sibi omnis
potestas in celo et in terra
Item si beata virgo dicitur domina
angelorum quanto magis
etc. et si angelorum ergo et ho-
minum ac precipue David et
aliorum patriarcharum. Unde
quia Christus erat dominus David
videtur significasse in verbis
predictis quod de ipso non erat
iudicandum mensura com-
muni aliorum filiorum ut solum
filius et non dominus pu-
taretur. Sic ergo posset hic
dici de beata virgine quod si ipsa
est non tantum Ade filia
sed domina, quia dicitur
esse domina angelorum
et hominum. Non est de ipsa
iudicandum solum tanquam
de filia Ade sed tanquam
de domina ipsius. Et ideo
quod lex servilis de contraccio-
ne originalis peccati lata in
personam Ade et filiorum
suorum non extendit se ad

¶ Qui dicit beatam virginem contra-
xisse cum Christo spirituale coniugium

beatam virginem que non tam
filia quam ipsius dicitur domina
Lex enim sive sententia de peccato
servi non extendit se ad perso-
nam sui domini. Tercio ex parte matri-
monii licet concludere. Ut
enim declaratum est in hoc
sponsalicio sive matrimonio
spirituali inter Christum et beatam
virginem, multo maior ac
indissolubilior est fortitudo
unionis quam inter quemlibet
virum coniugem et uxorem
ac etiam inter Adam et Evam
in quibus tamen adhuc spiritualis
racio militabat. Et ut dixit
Salvator Mathei xix. Qui
fecit hominem ab inicio ma-
sculum et feminam fecit
eos. Et dixit propter hoc re-
linquet homo patrem et matrem
et adherebit uxori sue et
erunt duo in carne una. Ita
quod iam non sunt duo sed
una caro. Quos ergo deus
coniunxit homo non separet.
Cum ista ergo auctoritate Christi ma-
nifeste apparet confirmacio
omnium doctorum. Nam ut
Augustinus dicebat. Sicut ex eo quod Christus
est filius beate virginis caro
virginis est caro filii et
econverso. Tum nec se habent
ut filius et mater sed sponsus
et sponsa. Sic hac auctoritate
evidenter probatur quod se habent
velut unum. Dicit enim quod
iam non sunt duo sed una
caro. Secundo ex dicta auc-
toritate licet considerare quod
si iuxta sententiam salvatoris
matrimonialiter coniunctos qui

aliquando de facto leviter se-
parant nullus debet ab in-
vicem separare Quis est
iste qui audebit separare
xpm a beata virgine qui in
huiusmodi matrimonio spirituali
indissolubiliter sunt coniuncti
Illos enim quia deus con-
iunxit nullus separare audeat
xpi enim et b. v. quia con-
iunctio multo singularius
a deo esse dicitur multo
minus esse poterit separacio
Qui autem asserit quod in con-
cepcione b. v. a contractione
originalis peccati non includit
b. virginem separare ipsos dicitur
quod militare videtur contra
divinum mandatum / Hec
autem ex premissis unico verbo
monstratur, proxime namque
dictum est quod b. virgo non
quia mater dei filii sed quia
eius dicitur sponsa compe-
tit esse reginam Si regina
ergo exempta ab eo a quo
ipse rex exemptus dicitur que-
admodum ergo assendo re-
ginam subiectam esse impe-
riali iurisdicioni a qua rex
ipse exemptus dicitur est separare
a regis matrimonio separare
vel dicere eam esse indi-
gnam a[d] incapacem huiusmodi
exempcionis seu aliquid in-
dignum commisisse racione cuius
prerogativa exempcionis non
debet gaudere Constat nam-
que quamdiu regina si aliquid
predictorum non obstat ma-
trimonialiter coniuncta est exem-
pcio regis sibi competit
Ita ergo videtur esse de beata
virgine / qui enim dicit ipsam
aliquando fuisse subiectam
dyabolice potestati per peccatum
originale / dicit eam aliquando
non fuisse reginam, vel sal-
tem aliquando indignam fuis-
se Et cum secundum racio-
nabiliter dici non possit quod
hoc asserit videtur eam
separare ab huiusmodi cum xpo
coniunccione matrimoniali, quod
dictum non mediocriter videtur
absurdum Si vero ad obiectio
hoc refragetur dicendo quod
huiusmodi evidencia racionum
concludere Si beata virgo ab
inicio sue passive concep-
cionis sponsa et regina
fuisset / sed hoc dumtaxat
dici ei competere a tempore
quo filium dei concepit et
potius nullus est qui asserat
eam fuisse peccato subiectam
sed quod ab omni servitute a
qua rex immunis dicitur ipsa
etiam exempta fuit / Unde
ex hoc omnes raciones supra
posite videntur deficere pro
responsione ad hanc obiec-
cionem que frequentissime
huic prosecucioni se immi-
scet offertur exemplariter
considerandum Si miles
ob lese magestatis crimen
cum posteritate sua a re-
ge in exilium dampnatus
esset / Ipse tamen rex sci-
ens illum militem ac eius
ab eo descendentes non posse
alias salvari nisi in huiusmodi
exilium descendens filius

filius qui simul regnat cum
eo contrahet matrimonium
cum vna ex filiabus illius
Vnde tanquam misericors
pater et benignus dominus
disposuit sic de hoc factum
in tempore oportuno Itaque ipse
filius regis et ista filia mili-
tis tanquam sponsus et
sponsa debebant esse pri-
mum principium liberacio-
nis omnium ac reduccionis ad gra-
ciam principis offensi ex cri-
mine militis Nunquid tu
in potestate regis esset illam
filiam militis futuram spon-
sam filii sui ab inicio filio
suo ac sibi efficere gratam
Dicendum est quod non dispen-
sauerit cum ea super de-
fectu natalium sine paterno
crimine Sed permiserit primo
seruilem induere personam
ita ut non ingenua sed
manumissa, non nobilis
sed plebeya, non dilecta
sed odiosa fuit Cum tamen
ut supra commemoratum est
nobilitas a natali multum
conueniat dispensacioni pro-
ut que modo manumissa
est sed nunquam fuit ancil-
la, semper autem nobilis et
libera a viro nobili eligi
in sponsam, de consideraci-
one hac inquirere hec tan-
git profunditatem diuini
iudicii nobis occulti sermo
non est sed plurimorum de-
votorum beatissime virgi-
ni maioris partis fidelium
iudicium esse videtur, quod hu-
iusmodi filia militis a primo

principio sui esse debuit dis-
pensari ne patrum crimen
imputaretur eius vel quod lex
ista seruilis comprehenderet
militem et ceteros filios
suos, ad hanc filiam liber-
tatem tam prius quam omnium
filiorum non extenderetur
Attento primo quod illa que de-
buit esse prima mediatrix ad
reconciliandum omnes populos
in graciam principis non de-
buit primo incipere ab offen-
sione Ita quod post contractam
offensam indiguerit recon-
ciliacionem Secundo vero ex
ante Nam quia intelligitur
esse filia principis prodito-
ris indiguit dispensacione
a defectu natalium ne crimen
ei patrum imputaret Ergo
quod si hec filia militis nedum
in sponsam sed in matrem
principis est assumenda cum
multum spectat ad gloriam
filiorum semper nobilitas
sanctitas et innocencia matris
Tercio huius dispensacionis quod
fuit a primo sui ortus facta
multo euidencior se offert
intelligencia Tercio quod si ista
filia militis non solum spon-
sa et mater sed eciam domina
et principans ipsi filio regis
qui vna cum patre rex est,
esse deberet quod ex hoc eciam
si sola esset consideracione iu-
dicari euidenter posset nun-
quam subiectam fuisse
inimico hosti seu aduersario
dicti principis Equidem quam
ingenium non attingit regem

velle subiacere illi que iam fu-
it serua vilissimi hostis sui
Attento quarto si vera hec
ponat in casu quod primo ante-
quam miles peccasse intellige-
tur disposuerat rex filium
suum illam debere assume-
re in sponsam / Dispensacionis
racio euidencior suffragatur
ymmo quod lex iam similis lata
contra dictum militem pro-
ditorem et filios ipsa ad
vnicam filiam non extende-
tur. Tum quia ad hec coniugium
ordinata erat ante promis-
sum peccatum parentis. Tum
quia maioris dignitatis ex
eo quod daret nobilius esse pro-
quam ab eo reciperet. Compa-
racionis huius ipse nota videtur
esse intelligencia / Ita quod co-
gnitis terminis immediate hu-
ius euidencie intellectus
assentit. Significantibus rege
deum patrem ipsius filio xpm
vnigenitum deum, milite
adam transgressorem et eius
filia assumenda in sponsam
a rege etiam hymenem / quod
aut ad que sacra declaratur
/ attendendum esse duo que illis
frequenter commemorant in
prima allegacione / De tercio
vero sicut dictum in allega-
cione secunda super auctoritate ia
Nec dum erant abyssi et
Creatum aut probet sacri eo
auctoritate ver et cum applicacio
hec videtur notissima esse
tercium est / Dicetur tamen
aliquid in resolucione quando
declarabitur utrum filia
vt immunis esset a peccato

crimine indiguerit qua dispen-
sacionis vel legis declaracione
Nunc aut terminando
inceptam materiam
concionis materie ab ori-
peccato scilicet de quod dictio
exceptiua addita proposicioni
in qua xpc excipitur a peccato
non ex eo beata virgo dicatur
includi. Sed quod exceptio vnius
sit etiam aliorum / Intuendo
profunda sacra misteria
sacre scripture magnam fidem
ad hec videtur facere auctoritas
apostoli ephe quinto Cum dicit
viri diligite vxores vestras
sicut et xpc dilexit ecclesiam et se-
metipsum tradidit pro ea
ut illam sanctificaret mundans
lauacro aque in verbo vt
exhiberet ipse sibi gloriosam
ecclesiam non habentem macu-
lam et rugam aut aliquid
huiusmodi sed ut sit sancta et im-
maculata / Ita ut viri debent
diligere vxores suas ut cor-
pora sua qui suam vxo-
rem diligit seipsum diligit
Nemo enim umquam carnem
suam odio habuit sed nu-
trit et fouet eam / sicut et
xpc ecclesiam / quia membra sumus
corporis eius de carne et de
ossibus eius / propter hoc re-
linquet homo patrem et matrem
et adherebit vxori sue et erunt
duo in carne una / Sacra-
mentum hoc magnum est
Ego aut dico in xpo et in
ecclesia Verumtamen et vos sin-
guli vnusquisque suam vxorem
sicut seipsum diligat /

Hec doctrina apostoli
quod ecclesia est sancta
et sine macu-
la quo et virgo
absque culpa

Ex quo ista audite manifeste pa-
tent tria / primum quod quilibet debet
diligere uxorem suam sicut
semetipsum Constat autem quod b.
virgo est sponsa christi / ergo xpus
dilexit eam summe / possibili
ac decenti modo dilectionis
quali seipsum diligit Manifestum
est autem quod sic dilexit seipsum
quod preservatus est a peccato ergo et
etiam virginem sponsam suam
sic dilexit quod a peccato preservat
Constat enim quod qui potest preserva-
re uxorem suam ne in cul-
pam incidat et non preservat
non sic metipsum diligit eam
Item secundo hic dicitur quod nemo
unquam carnem suam odio
habuit Constat autem ex te-
stimonio augustini et ex super-
ius adductis quod caro virginis
est caro filii / Vel ergo beata
virgo contraxit unquam origi-
nale peccatum vel non Si contraxit
ergo xpus habuit eam aliquando
odio quod est contra doctri-
nam apostoli quod nemo unquam
carnem suam odio habuit
Verum enim esset dicere quod et
si nullus homo tamen potest contra
omnem naturam hominis habuit
aliquando odio hanc utique
carnem suam / quod sic di-
cere manifeste repugnat e-
videncie rationis / ergo dabitur
aliud scilicet quod nunquam eam
odio habuit etc quod nunquam
contraxit peccatum originale Est at-
tendendum est hic quod apostolus
singulariter loquitur de
carne uxoris dicendo quod
vir debet diligere uxorem quia
iuxta doctrinam auctoritatem
iam non sunt duo sed una caro

Constat autem expressissime quanto
maiori habitudine unionis
est caro virginis et caro xpi
quam loquendo communiter caro u-
xoris est caro viri Etenim
supra omnem habitudinem
unionis que inter virum no-
tari potest inter virum et uxorem
Immo sunt due singularissi-
me uniones quas inter alias
quoslibet nisi nova iterato
incarnatio fieret impossibile
est reperire multo ergo verius
ac verius potest ac beata virgo
dicatur esse una caro Et
iuxta doctrinam salvatoris
ita una caro quod iam non
sunt duo / De hac autem ydem
loquitur doctor in sermone Na-
tivitatis virginis / quatuor
modis deus inest omnibus
creaturis scilicet communiter operative
et illuminative / et specialiter
uni soli creature scilicet virgini
virginum identice / quia id
est quod ipsa hic taceat et con-
ticescat omnis creatura
et vix audeat inspicere tan-
te dignationis immensitatem De-
minus tecum inquit archan-
gelus habitat deus in ange-
lis sed non cum angelis
quia cum illis eiusdem non
est essencie / habitat deus in
virgine habitat cum illa cum
qua unam habet ydemp-
titatem / Hec autem carnem suam
nimis munit quo tronus
vestitus est / quia tali modo deus
virginem induit et virgine
indutus est ut melior non
posset Ecce ex ita auctoritate

satis patet quanta sit ydemptitas
Christi ad beatam virginem / De
hac eciam ydemptitate iuxta
exposicionem allexandri
super lucam hec verba luce ii
quido symeon loquendo
ad virginem de christo dixit
Et tuam ipsius animam pertransi-
bit gladius / tanta enim
erat ydemptitas virginis ad
christum et econverso quod anima christi
reputabatur et dicta est esse
anima virginis Nunquam enim
fuit nec erit tanta ydemp-
titas alicuius matris ad fi-
lium suum quanta fuit virginis
ad christum Itaque multiplici
habitudine unionis sive
ydemptitatis ac multo ma-
iori quam inter quemlibet virum
et uxorem mutuo convenire
inter christum et virginem caro
virginis dicitur esse christi / et quia
sua dicitur manifeste ex hoc con-
cluditur inferius quod conceptio
christi a contractione originalis peccati
non includit virginem sub
eius peccato fuisse / ymmo quia
christus diligit eam sicut metipsum
et nunquam suam carnem
odio habuit dicendum est quod
ab omni culpa preservat eam
et quantum ad hoc conceptio
virginis est conceptio alterius
racione tante ydemptitatis
que inter eos esse dicitur Ter-
tio hic dicitur quod matrimonium
magnum sacramentum
est in christo et in ecclesia iuxta
communem sentenciam sanctorum et
omnium quasi doctorum christus
coniunctus est matrimonialiter

ecclesie dum sit natura et cari-
tate Est enim nobis conformis
in natura et diligit nos sua gratia
Unde ex hac coniunctione ma-
trimoniali christus sponsus et ecclesia
sponsa christus pater ecclesia vero
mater omnium vocatur fidelium
Et tam intrinseca et insepara-
bilis dicitur esse ista habitudo
unionis racione huius spiritua-
lis matrimonii inter christum et
ecclesiam quod omnes filii christi dicuntur
esse filii ecclesie et econverso Nec
christus habet alios filios nisi quos
in ecclesia sua sponsa generat
nec ecclesia ex alio viro nisi
ex solo christo suscipit filios
Unde dicit augustinus in libro de sym-
bolo quod nunquam habebit
deum patrem qui ecclesiam no-
luerit habere matrem Hec
autem ut supra deductum est
competunt eciam beate virgini
respectu omnium fidelium quia
omnes filii christi sunt omnes fi-
lii sui Unde sicut ex hoc quod ecclesia
est sponsa christi et mater omnium
fidelium iuxta doctrinam
apostoli dicitur esse sancta et
immaculata non habens
maculam vel rugam aut
aliquid eiusmodi / Hoc etiam
similiter dicetur competere
beate virgini sponse christi et matri
omnium filiorum dei

Contremiscit animus
humanus explicare
secretum huius ma-
trimonialis coniunctionis que
est inter christum et beatam
virginem Nam expando

De septem excellenciis b. v. super dignitatem militantis ecclesie

Etiam et btam virginem vi-
dentur eid' ratone huius
matrimonij et maternitatis
diuine competere septez
excellencie que non commo
dicuntur compete ecclie Et
est smo de eccla huius
tpis / non aut de trium-
phante in celis · maxie
secdo intelligetur xrc capt
includi / Primo prout eccla
cotidie cantat / beatissia
virgo dicit regina celorum
et domina angelorum
hec aut de eccla sic no dicit
ergo eccla coniuncta dr xpo
natura et caritate / hoc
aut bte virgini excellencia
dicitur conuenire Constat
enim qz naturam humanam
scdm quam xpc dicit coniunc-
tus ecclie xpc assumpsit im-
mediate de virgine Itaqz
si coniunctus est ecclie natura
hoc e mediante virgine Et
illud per quod vnu con-
iungit alteri coniunctius e ei
Vnde qz hec caro matris
est caro filij et ergo etiam
racone matrimonialis con-
iunctionis dicuntur ee non
iam duo sed vna caro
Item quantum ad vinculum
caritatis intelligit esse ma-
ior coniunctio Nam iuxta
sntam sanctorum doctorum
et ut supra deductum fuit
in parte · in bta virgine ma-
ior plenitudo est gracie
scte et carit quam in omnibus
angelis simul et sanctis

Vnde Ber in smone nat-
iuitatis virginis qui sic inci-
pit de gaudijs ad gaudi-
quantum alie stelle velud ecat-
lucatum et magnitudine
preminet et splendore sic
vtramqz natam angelicaz
vz et humanam virgo sin-
gularis excuperat et in
inensitate gratie et splen-
dore virtutum Itaqz cum
in ea plus sit de gracia
quam in tota eccla et in me-
tro ipsa filius dei carnem
assumpsit merito sibi prer-
cellencius competit hec scdm
magis ee coniunctam xpo na-
et caritate Tercio ex istis
sequitur qz officium ecclie con-
fidelium sit mediare et recon-
ciliare ipos deo siue prop-
rijs intercedo eisd' suarum ma-
bronum obtinere graciam
et remissionem peccatorum
aliaqz bona pro quibus int-
uenit Cum in bta virgine
sit maior plenitudo gracie
et carit / ex eo qz psona sua
deo e magis dilecta et
grata / sequitur ergo qz sua
intuencio erit acceptabilior
et per quens ipa magis pce
siue efficacius quam eccla dr
advocata recocialiatrix et me-
diatrix nra Itaqz positoin
casu qz tota eccla militans
de qua sermo e pro aliquo
ad deum intueniat et ex
alia parte btissima virgo
eius intercessio digna dan-
dicione amplius ee videt

Quarto iuxta doctrinam ver-
sipius commemoratam luna
sub pedibus eius / quia eccl(es)ia
p(rese)ntis t(em)p(or)is dic(itu)r consistere sub
pedibus marie manifesta
primus ad alteru(m) maio(re)m excel-
lencie demonstrat(ur) Cu(m)
eccl(es)ia militans sub pedi-
bus eius esse dic(itu)r / Quinto
b(ea)ta v(ir)go dic(itu)r mater dei
eccl(es)ia vero dic(itu)r filia et spo-
sa x(pisti) / Sed q(uod) eccl(es)ia dicat(ur)
mater dei proprie loquendo
considerandum esset / Hec
enim non videtur sibi com-
petere quantum ad esse n(atur)e
humane immo(r)te et sin-
gul(ar)e b(ea)te v(ir)gini competit / q(uia)
non eccl(es)ia sed v(ir)go x(pistu)m
concepit et peperit / Secunda
aut(em) v(ir)go eccl(es)ia non dicat(ur)
nec quantum ad esse gr(aci)e
qui per fidem eccl(es)ie a deo
gr(aci)am recipiunt illi dicunt(ur)
esse filii eccl(es)ie quantum ad
e(ss)e gracie / Et aut(em) no(n) in
fide eccl(es)ie sed eccl(es)ia in fide
x(pisti) dicitur vivere / et ab
eo graciam recipit / vnde
videtur q(uod) esse matrem dei
non competit eccl(es)ie Igit(ur)
ut supra allegatum est
Aug(ustinus) dicit in lib(r)o de bono v(ir)-
ginitatis q(uod) maria capit(is)
corporis mistici corporalit(er)
pe(pe)rit / eccl(es)ia sp(irit)ualit(er) me(m)-
bra corporis Si vero re-
perit(ur) q(uod) sinagoga vel
eccl(es)ia dicatur mater eius
fortasse exponendum erit
s(ecundu)m aliquam opi(ni)o(n)em

Quemadmodum Ruperto(?)
super apoc(alipsim) videtur
re q(uod) quilibet vir bonus d(icitur)
mater x(pisti) iuxta doctrinam
saluatoris math(ei) xii Quicu(m)q(ue)
fecerit voluntatem patris mei
qui in celis e(st) ipse meus
frater et soror et mater
est Non e(st) aut(em) ad p(rese)ns s(er)-
mo de maternitate huiusmodi
Sexto eccl(es)ia dicitur s(u)biecta
x(pist)o iuxta illud ap(osto)li Eph(esios)
v° Mulieres viris suis
subdite sic(ut) sint sic d(omi)no
q(uonia)m vir caput est mulieris
sic(ut) x(pistu)s caput e(st) eccl(es)ie ip(s)e
saluator corporis eius e(st) s(ed)
sic(ut) eccl(es)ia subiecta est x(pist)o
ita et mulieres viris suis
in omnibus / Vtrum vero
b(ea)ta v(ir)go x(pist)o subiecta dicat(ur)
merito videndum e(st) et loq(u)im(ur)
de x(pist)o s(e)c(un)dum humanitatem
Nam de subiectione s(e)c(un)d(u)m
deitatem nulli dubium esse
dicitur Item dicit ap(osto)lus p(rim)a
cor(inthios) xv Oportet aut(em) x(pistu)m re-
gnare donec ponat omnes
inimicos sub pedibus eius
Nouissima aut(em) inimica de-
struetur mors omnia enim s(u)bi-
ecit sub pedibus eius Cu(m)
aut(em) dicat omnia subiecta
s(un)t ei sine dubio p(re)ter eum
qui subiecit ei omnia Ite(m)
Heb(reos) ii° de x(pist)o inquit ap(osto)l(u)s
omnia subiecisti sub pedib(us)
eius Si eo enim q(uod) ei omnia
subiecit nichil dimisit no(n)
subiectum ei Ergo videt(ur)

aliter dicendum est quod beata
virgo subiecta est christo sicut
ecclesia ymmo respiciendo
ad auctores apostoli quod subiecta
subiecta est sub pedi-
bus christi / pro alia parte videtur
quod non quia repugnat con-
decencie racionis quod sponsa
ponatur sub pedibus sponsi
Christissima autem virgo est spon-
sa christi et non videtur ad
pedes eius subiecta esse
Item quia mater non vi-
subicienda esse pedibus
filii Item quia sponsa et
mater numquam non est computan-
da inter inimicos illius /
Hic autem dicitur quod inimici
sunt ponendi sub pedibus christi
Racionabiliter autem non videtur
quod beata virgo cum sit mater
et sponsa christi dicatur aliquando
inimica eius fuisse Item
quia beata virgo cum sit
domina omnium inimicorum
christi non videtur cum eis annu-
meranda esse Ad hec autem
suffragatur testimonium
evidens sacre scripture dicitur
enim psalmo xliiii de beata
virgine respectu christi Astitit re-
gina a dextris tuis Cum
enim alius locus superior
isto non assignetur quo
dici possit de beata virgine
quod subiecta est sub pedibus
christi ex quo dicitur a dextris
eius astare ipsa vi scribit
Vidi dominum sedentem super
solium excelsum et elevatum
et plena erat domus a
magestate eius / et ea que
sub ipso erant replebat templum

Beata autem virgo non sub ipso
sed dicitur sedere a dextris eius
Unde videtur quod non sicut
ecclesia subiecta christo dicatur
Et de huius excellencia sin-
gularis prerogative hec in
sermone assumcionis virginis
sic dicit Sublimis ista dies
et splendor sole refulgurat
in qua virgo regalis ad tro-
num dei patris evehitur et
in ipsius trinitatis sede reposi-
ta / angelicam etiam natu-
ram sollicitat ad videndum tota
conglomeratur angelorum
frequencia ut videat reginam
sedentem a dextris dei vir-
tutum in vestitu deaurato
in corpore sine macula immaculato cir-
cumdatam varietate multipli-
nem carne virginem mente
virginem professione
feminam singulariter mi
randam parentum repa
trem posterorum viuificatri
cem Item in sermone de
natiuitate qui incipit de
gaudiis Hodie nata ē ea
per quam omnes renasci
mur Eius spem concupit
omnipotens et in qua deus
posuit tronum suum Item in
alio sermone Nat et magst
fecit de virginitate redemturus
deus humanum genus pan
uniuersum totulit in mariam
Altius ergo intuemini quanto de
uocius affectu a nobis eam
voluit honorari qui totius
boni plenitudinem posuit
in Maria Vt si quid spei
in nobis est si quid gracie
si quid salutis ab ea nouc
rimus redundare Tolle
Mariam hanc maris stel
lam quid nisi caligo inuol
uens et umbra mortis ac
densissime tenebre relinquitur

Et quis iustus nisi Maria
iusta de qua sol iusticie or
tus ē nobis totis ergo me
dullis cordium precordiorum
affectibus et votis omnibus
Mariam hanc veneremur
quia sic ē voluntas eius
qui totum nos habere voluit per
Mariam Ea inquam volun
tas eius ē sed pro nobis
Item in sermone de assumpci
ne Denique omnibus omnia
facta ē omnibus sinum mi
sericordie aperit et de ple
nitudine ipsius accipiunt
vniuersi et infra ut non sit
qui se abscondat a calore
eius Item in sermone de
festo pentecost ad manum
enim sic ad medium sicut
ad archanum dei sic ad
rerum causam sic ad nego
cium seculorum respiciunt et qui
in celo habitant et in inferno
et qui nos precesserunt et
qui sumus et qui sequuntur
et qui nati natorum et qui na
scentur ab illis Illi qui sunt
in celo ut resarciant et qui
in inferno ut eripiant et
qui precesserunt ut prophete
fideles inueniantur qui se
quuntur ut glorificent et bea
te dicunt omnes generacio
nes genitrix dei domina
mundi celi regina que omni
bus generacionibus vitam
et gloriam peperit remanet
inueniant inclitum Merito
in te respiciunt oculi totius
creature quia per te et in te
et de te benigna manus

omnipotentis quicquid creaverat
recreavit. Item hec est ergo
domina regum decus mu-
lierum gemma virginum
refugium peccatorum dumque
reparatio credentium. Cunc-
ta quid ergo boni mundus habet
ubi ea habet / ex qua salutis
nostre initium habet manet.
Item hec est que sola meru-
it mater et sponsa Christi voca-
ri. Hec prime matris dampna
resolvit. Hec hominem perdito
redemptionem adduxit. Item
Augustinus in libro de agone christiano
ubi tractat de hiis que fidei
catholice contrariant et im-
pugnant inter alia pertinentia ad
fidem sic dicit. Deus autem
Ihesus Christus qui venerit ad
homines liberandos in qui-
bus et mares et femine
pertinent ad salutem / nec
mares fastidivit quia ma-
rem suscepit. Nec feminas
quia de femina natus est.
Huc accedit magnum sacra-
mentum ut quoniam per fe-
minam nobis mors acci-
derat vita per feminam
nasceretur / et ut de utraque
natura id est masculinum et
femininam victus diabolus
cruciaretur / qui de amborum
subversione letabatur cui
parum fuerat ad penam
si ambe nature in nobis li-
berarentur nisi etiam per
ambas liberarentur. Ecce
in hiis auctoribus satis mani-
feste patet quod secundo presuppone-
batur tamquam verum ad sin-

dandam presumptionem
nem incorruptam. Item
evident quisquis intue-
tur quod quia in antiquis
fuit fidelis notitia de-
itatis et innocentia b.
Item iuxta sententiam sancto-
rum doctorum fuit unificatrix
et reparatrix omnium non
solum qui sequuntur post
adventum Christi sed qui prece-
sserunt. Tamen et eorum qui
fuerunt tempore conceptionis sue
sanctitas et gratia tunc
non defuit in illis / ergo nec
in beata virgine prout credi-
tur unquam defecit. Cum dicatur
esse illorum spes et vivi-
ficatio in esse spirituali gratie.

Quo ad premissa se
offert unum merito
considerandum. Cum
enim ex eo quod beata virgo
mater dicitur omnium filiorum dei
videtur sibi repugnare fu-
isse aliquando sub peccato. Sed
semper decuit sive debuit
sancta esse ut sancti filii
nullo tempore dicantur habuisse
matrem peccatricem. Et beate
virgini competat ista triplex
esse matrem omnium filiorum
dei esse sponsam Christi et
esse matrem dei quod istorum
trium ratione quorum omnes
dignitates et prerogative
sibi attribuuntur in ecclesia dicatur
excellentius. Et videtur
quod quia esse sponsam prece-
dit et se habet ut causa ad
esse matrem filiorum ex ma-
trimonio descendentium ma-
gis esse sponsam quam matrem

quod magis est esse
matrem dei quam sponsam
Christi et matrem omnium
filiorum dei
unde ex hoc magis
excipi ab o. p.

filiorum putat^r prim(us) regu
lo dixit alchana p(ro)pt(er) dam(p)n(um)
ual ad annam Numquid no(n)
ego melior sum tibi q(uam) dece(m)
filii / dicimus q(uod) cera(m) q(uod) ho-
norabilius sive excellencius
est esse sponsam regis q(uam)
matrem Nam si sit mater
regis non eo ipso regina vo-
catur quo si esset co(n)iunx
honor et regalis ei tribuit(ur)
Secundo vero v(idelicet) q(uod) sit excelle-
ncius b(ea)te virgini vel e(ss)e ma-
trem filiorum dei / vel esse
matrem dei ipsius h(ec) ausu-
it omnis comparacio ut etiam
dicat ipsa p(ro)ph(et)a omnes gentes
q(uasi) non sint sic sunt cora(m)
deo et quasi nichilum et
inane reputate sunt ei Igitur
racione inco(m)mensurabilis
excellencie dei supra om(n)e(m)
dignitatem creaturarum sue(rum)
incomparabiliter maior excel-
lencia est b(ea)te virgini esse
matrem dei q(uam) esse matrem
om(n)ium filiorum dei Unde
Beda in sermone assumpcionis
est quod miremur sc(ilicet) cum vir-
ginitate fecunditas A seculo
non e(st) auditum ut aliqua
simul e(ss)et mater et virgo
Et si cum mater attende-
ris que te tua super e(ss)et mira-
bilia celsitudine ducat ad-
miracio(n)em H(ic) etiam appa-
ret q(uod) dignitas sive excelle-
ncia b(ea)te virginis transcendit
dignitatem maternitatis ecclesie / qua
hec solum mater filiorum dei
Illa simul licet differenter mater
filiorum et patris sc(ilicet) v(erbi) incar-
nati eo q(uod) b(ea)tissima virgo dicat(ur)
esse mater om(n)ium filiorum dei

qui fuerunt ab inicio mundi
et erunt usque ad consummacio(nem)
seculi videatur sibi repug-
nare unquam fuisse sub
peccato et sanctitate carere vel
solum pro uno momento
multoque maior eius simp(liciter)
sit excellencia predicta v(idelicet) e(ss)e
matrem dei licet prima facie
aliquibus non videat(ur) tamen
intrinsece considerando multo
amplius sibi repugnare videtur
unquam sub peccato fuisse racione
huius dignitatis sive habitu-
dinis ex eo q(uod) dicat(ur) esse m(ater)
dei / Unde quia hec e(st) po-
tissima dignitas et excellencia
in beatissima virgine / h(ec) m(ater)
int(er) ceremonias ecclesie ordi-
natum reperitur q(uod) quociens
nominat(ur) dixi(m)us debent
inclinare caput fideles sicut
ad nomen salvatoris q(uo)d co(n)-
dicat(ur) quando pronunciat(ur) pro-
ut in hoc sacro concilio fuit
decretum

Quia vero dictum est supra dignitatem b(ea)te virginis
esse matrem dei
sponsam ipsius et matrem
om(n)ium filiorum dei Ad confir-
macionem huius doctrine possit
de ipsorum ordine considerari
Et sic supra commemoratum
est quanto e(st) deo aliquid propin-
quius et excellencius tanto
dicit(ur) esse ordinatum in divina
intencione p(ri)us in execucione
aut ut plurimum id dicitur esse
posterius patet manifeste in ope-
re glorificacionis et glorificato-
rum Prius nanque deus ordinat

Intelligencia declaratis quod
virgo et si non tunc dei genitrix
tamen ab inicio sue concepcionis
fuit mater om(n)ium filiorum dei

datiuum se hominibus gliam
que maius et deo est pro
pinquius bonum est gracia que
non tam diuine glorie
proxima e / in execucione
tn prius dat graciam qz glo
riam Nunc igitur cum deus
disposuerit de btā virgine
q futura esset mat et sponsa
xpi et mater omn filioru
dei Cum id primu sit excel
lencius hic dicit primo fuiss
se ordinatum consequenter
alia duo Nam ex hoc q el
ecta e ad excellenciam donu
vz maternitatis diuine co
petere sibi videntur alia
duo Nulla enim dignior ut
esset sponsa x et mat omn
filiorum dei q que ordina
ta erat ut esset mater diuina
Quod cum xc dicatur esse
frat noster non ex parte patris
sed matris virgo mater eius
eciam mat nostra dicetur
Et quia in hic respectu mat
ernitatis habitudo filiacionis
nre ad beatissimam virginem
non dicit n quedam respectum
similitudinis qui a longe Nec
aliquam causalitatem graci
ne actiue Vnde mater
nitas sibi competeret ita
ffe vo un credit concessu
ei a deo / q sic vere dicit
mater respectu dei causalite
Ita et vo nri / Dicunt tamen
quia dicatur mat dei causa
litate nature / nra aut mr
respectu gracie meritoria cau
salite nimirum magis proprie
sic prius e mat in gracie

filiorum Sicut enim deus fi
lius suus per ipsam factus
est homo nalis siue per
naturam Ita et nos pa
intercessione efficimur filii
spuales dei et sui p grā
Itaque manifesta apparet
congruencia maternitatis sue
respectu omn filiorum dei
ex eo q ipsa mater dei dici
hic enim ex illo et non ecōuerso
dependere videtur Et cu
illud suo mo dicat causa
litatis ac per hic excellencia
apparet q illud in diuina
intencione sit prius ordina
tum In execucione vo qn
tu ad actualem existenciam
videtur contrarius fuisse ordo
Vnde cca hic scolastice co
siderando mr esse matre
dei et esse sponsam xpi
siue matrem omn filioru
dei que duo nunc pro eod
assumimus videtur hec dicta
/ qm ad illud prius fuit requisi
tus virginis consensus precu
illud enim et fuit donu gre
et opus nature / fuit donu
gracie ex eo q ad concepcione
spus sanctus copulatus
est virgini pro viri semine
fuit opus nature q ut supra
declaratum fuit Virgo copulata
est spiritui sancto ad concepcionem
filii naturalis virtute et actiua
operacione Secundum e ergo q hic
donum siue opus maternitatis
diuine non debuit siue potu
it ee nisi eo tpe quo virgo ad
ulta esset ad pariendum conpetens

Dīa mr esse matrem dei et sponsam xpi siue matrem omn filioru dei

et in conceptione filii nascitur
orandum in ea quidem etate
qua naturaliter femina apta
dicitur esse ad generacionem pro
lis. Aliud vero scilicet esse spon
sam dei sive matrem om
nium filiorum potuit eidem
competere eciam antequam
consensum prebuit. Ea enim
que sunt dignitatis et gracie
prius videntur constare ex con
sensu ac voluntate conferentis
non autem recipientis. In
beneficiis autem ecclesiasticis sive aliis
officiis que requiruntur in
recipiente iudicium racionis dicitur
requiri consensus. Sed ex alio
respectu / dignitas vero regia
ducalis et alia similis ita
potest alicui competere ante
iudicium racionis ut in filiis
Regum ducum et comitum
post mortem patrum suorum.
Et sic ex successione ita eciam
ex donacione potest dignitas
ducalis sive competere. Ecce
rex potest conferre ducatum ab
lactanti parvulo / ymmo huius
modi dignitates possunt competere
alicui in primo instanti concep
cionis sue / Ut si regina re
licta post obitum viri regis
maneat de primo vel secundo
mense pregnans. Constat
quod ille idem fetus generatus a mor
tuo iam vivo succedit in re
gnum. Operaciones enim compe
tentes ad regiam dignitatem
non necessario precedunt vel coro
mittant inexistenciam prima
eius in subiecto ymmo subse
quitur et spe istarum operacionum
donacio ad utilitatem et reg

subditorum que debet fieri
per eum honores regni defe
runtur ei qui adhuc non est
aptus ad operandum appli
cando hec licet possit aliquis
respectus distinccionis notari.
Tamen loquendo plane be
nigne dignum competit ad
quod racione esse sponsam et
matrem filiorum dei omnium et
reginam celi sive dominam
mundi / ac similes dignitates
et excellencie denominaciones.
Manifestum est autem quod hec
pocius dependet ex divina
concessione sive commissione
quam ex virginis voluntate. Et
a principio graciose sunt concessa
ei a deo istarum munera
cionum. Sicut ergo ad esse re
ginam sive dominam mundi
non requirebatur antecedens
consensus ipsius. Ita nec ad
istud quod est sponsam vel e
quo sibi provenit dignitas
matris respectu omnium filiorum
dei. Constat enim quod anima
in utero sanctificata ut communiter
est doctrina corpore dicitur fieri
sponsa dei hec tamen est preter con
sensum actualem ipsius. Ergo
ergo ad esse sponsam dei ex
racione ac singulari fortassis
non requiretur consensus ipsius
nunquid hec potuit sibi concedi
in exordio vite sue ita ut si
verum dicitur sponsam dei
reginam celi et dominam
mundi. Ergo quod tunc actu non
dicitur esse mater dei quoniam
ad hec requirebatur consensus
et operacio. Est ergo intencionis

dicere quod liceat esse matrem di-
sit dominum maius et excel-
lencius ac in divina inten-
cione primo ordinatum / tamen
dicere quod esse sponsam dei et
matrem suorum filiorum omnium
quod tante dignitatis non est fu-
it pro lege virgini gloriose con-
cessum ut ea continue maria ex
in hoc instanti visitet ea que
sunt propria intencione postquam
sit in execucione. Et quia ista
gloriosa concessio fuit in hoc vir-
go a primo instanti personalis con-
cepcionis sue / quia ad hoc
non sic requirebat consensus
presens et operans / quemadmodum
in alio excellenciori instanti.
Et quia esse sponsam dei et
matrem omnium filiorum dei
non dicitur competere ei
quamdiu foret subiecta peccato
originali et inimica dei / quia
de racione actu sponse dei
est esse amicam eius non
autem inimicam ipsius et in
mortali peccato. Hinc ergo apparet
quod decentissimum fuit hanc
graciam gratum facientem
in primo instanti concepcionis
sue esse et creditur numquam
conceptam fuisse in originali
culpa / quod cum in toto statum
sequenti vite sue habet gra-
ciam sue dignitatum mu-
nera et non in primo inicio vi-
te sue fuerit sibi concessa
multum contradicit racionis
evidencia prout supra de-
ductum est quod regina celi et
domina mundi incepit a

servitute peccati / et hec [...] de quo
supius vel in parte [...]
batur quod non videbatur [...]
dia beatissimam virginem
non gavisam fuisse privi-
legiis ac prerogativis vir-
ginalis excellencie usque ad
actualem concepcionem fili-
Cum in aliis ut excellenciis
ac honoribus simul gau-
deant cum regibus vxo-
ribus non expectetur tempus
usque ad concepcionem pro-
lis. Si autem ex adverso dica-
tur tam huius excellentissime
regine incepisse a servitu-
te peccati / proximo repugnare
videtur ex eo quod ut supra
fuit deductum et stati ple-
nius declarabitur virgini bene-
dicte competit esse ma-
trem omnium filiorum dei / hec
est enim excellencia sue
dignitatis sue maternitatis ip-
sorum filiorum. Unde de
ipsa cantat ecclesia quod cantat cum
deo cuncta componens. Et ut
racione huius omnium composito-
ris cum deo repugnare est
fuisse aliquando in peccato cre-
datur eadem oracio significat
nobis quod tempore complectitur imme-
diate et delectabatur per sin-
gulos dies. Itaque non est
assignare diem in qua be-
atissima virgo non dicatur
cum deo delectari / qui autem
in peccato est non sic delectari
dicetur in deo. Et quoniam
dicendum erat ex adverso
posicione quod omnibus diebus
beatissima virgo delectata

Tria testi-
monia sacre scripture
cum datam res-
ponsionem virginem
in peccato fuisse
brevi durans
at tempore

sit in gracia dei sed non in
omni tempore quia in exordio
vite sue antequam daret[r] ei gratiam
in originali peccato stetit saltem
per minimum quod momentum
temporis / etc sicut tamen in die con-
cepcionis sue quam in omnibus
aliis delectata sit non tamen
in omni tempore / non tamen ab
hac delectacione subtrahunt[ur]
omnes dies sed parvum quasi
momentum temporis fortasse
ex hac causa spiritu sancto
providente pre ista responsio
habet locum sacra scriptura / in-
venit ex templo ludens cora[m]
eo sue cum eo omni tempore
Nam si primum inicium vite
sue subtrahitur dicendo eo
in peccato quam in gracia fuisse
quo non erit verum quod ultima
virgo dicitur delectatum per singulos
dies et ludere cum deo omni
tempore Adde etiam facit quod
proverbiorum ultimo exponitur de
beata virgine Confidit
in ea cor viri sui et spoliis
non indigebit reddet ei bo-
num et non malum omnibus
diebus vite sue / Unde videtur
quod deus nunquam afflixit
hanc suam beatissimam matrem
pena originalis peccati nec per mo-
mentum temporis Etenim origina-
le peccatum prout pena est a deo in-
fligitur et parvuli qui concipi-
untur in peccato in hoc a deo
propter peccatum primi parentis
dampnantur puniri / Vir autem
suus huius beatissime sponse
nunquam reddidit malum om-
nibus diebus vite sue Item in
sacra scriptura nos docet

delectata est per singulos dies
ludens coram deo omni tempore
Hec autem auctes nimis vide-
tur favere illi quam racionabiliter pos-
sit dici de illustracione intel-
lectus et appetitus inflam-
macione beatissime virginis ac
sanctificatione personalis sue concepcio-
nis in utero matris Etenim
si Johannes baptista adhuc
in utero matris intantum illu-
stratus est quod actu cognovit
filium dei existens in virgi-
nis utero Item exultavit in
gaudio ex caritate procedente
ut sic scriptum est luce po
Ecce enim ut facta est vox sa-
lutacionis tue exultavit in
gaudio infans in utero meo
quanto racionabilius est consi-
derare de beatissima virgine quod ad-
huc existens in utero matris
archana sapiencie dei ex divina
revelacione cognovit et ha-
buerit erga deum ardentissi-
mos caritatis affectiones / Ver-
sum hec posteriora admittat non
quam difficultatem habent que
de excellencia et dignitate
beatissime virginis a primo instanti
sui esse inde proxime dicta
fuerint verum etiam non
admissa nichilominus suscipiunt
ut commemoratum est in lectionem
declaracionem Ne autem cogi-
tacio aliqua subrepiat dicendo
hec non posse intelligi de
beatissima virgine que non fuit
a principio mundi et sic non dicitur
ludere omni tempore coram deo Ad-
vertat quod hec scriptura ab aliquibus

exponitur de esse inquantum
est homo de quo manifestum
est non fuisse ut sic ab inicio
mundi Unde multe difficul-
tates in hac materia prima fa-
cie apparentes dissolui possunt
faciendo comparacionem
de ex quantum est homo Ex
premissis igitur constare ma-
nifeste videtur quod racione huius
triplicis dignitatis priuilegii
siue excellencie vz quod beatissima
virgo est sponsa christi et mater
filiorum dei / et quod amplius
mater dei ipsius / quantum pape
pt ex reuel reuelatis a deo licet
ex verbis legis videatur pa-
sciue comprehendi / tamen
ex intencione legislatoris mater
eligitur excepta esse a lege
de contraccione originalis peccati
Itaque redeundo ad principa-
le intentum de dictione
exceptiua euident iam quisque
intelligere pt quod excepcio b
in contraccione originalis peccati
non includit virginem sicud
aliquod fuisse / ymmo intuisse
considerantibus apparet quod excep-
cio unius est excepcio utriusque
ex premissis consideracionibus
Resolucio ergo istius deduc-
cionis redigendo ad minima
stat in hac Constat ex sacra
scriptura doctrina sanctorum
et officiis ecclesie quod beatissima
virgo est sponsa christi et pri-
fidelium omnium qui fuerunt
ab inicio mundi et erunt usque
ad finem Et quia nec per
horam fuit mundus absque
bonis et sanctis uiris

Resolucio argumentorum et
pro deuotis inciata consi-
deracio

ergo est dicenda mater illorum
qui fuerunt ab inicio mundi
et de tempore sue passionis crucifix-
ionis Cumque non posset
dici mater nisi actualiter fecit
fuit Oportet ergo intelligi
pro illo instanti eam sanctam
fuisse / et si sancta quod
originali nunquam infecta /
depriti non sit deuacio corporis
illum respectum quem facit
hec in sua consideracione tamen
magnificat quod deceat deum
quia filius suus est obtem-
perare huic matri et ipsa
ex hoc respectu principatur deo
Et quod competat sibi proprium
pire Et nanque beatissima
virgo dicitur principans deo quo
fuit adam subiecta dyabolo
per peccatum Item sicut supra
deductum ipsa est domina an-
gelorum videtur eciam di-
cendum quod sit domina de-
monum / tum quia illud est
excellencius et tamen sibi compet
Tum quia ut sponsus suus
dicitur dominus demonum / Omnia
enim ut dicitur in psalmo viii sub-
iecit deus sub pedibus eius
Et quia ut et virgo tanquam
sponsus et sponsa participes
sunt in huiusmodi denominacionibus
excellencie eciam beatissime
virgini huiusmodi denominacio
competat Et ergo est domina
demonum quia est illis sub- fuit
iecta aliquando per peccatum Et
de hac consideracione quo ex
hoc quod ipsa sit domina dicatur
esse a peccato exempta ad primus

non est intencionis prosequi /
Quamvis non sit mencio de illa
alia consideracione partim supra
commemorata / quod beatissima
virgo in mente divina preordina-
ta fuit ante omnem creaturam
nec decuit fore et expressio
subiciat inferiorum id est primorum
parentum legi penali et
contumeliose sive culpabili ma-
cule in eo quod sue detraheret
dignitati Quamvis sit hec tres
consideraciones quod beata virgo
prout dicit Bernardus fuit principalis
eo / quod sit preordinata ante
omnem creaturam in mente
divina / quod quod sit universorum
domina pie intelligendo ve-
lut quibus prosequi creditur quod
multa decencia ymmo decen-
tissima possent adduci ad con-
firmacionem huius doctrine de
sua purissima concepcione
Verum hec perscrutanda re-
linquitur suo pie intelligere
devotorum Et quia contradi-
co contra supra dicta respon-
sa qui potest assendere ex hic multa
absurdissima sequi Etiam
si ponitur quod beatissima virgo
dicitur mater omnium fidelium
et mediatrix nostra decuit ipsam
sanctam esse et absque omni
peccato nasci / tunc ergo cum quilibet
sacerdos curatus sit pater eorum
qui sub sua cura consistunt
Et omnes plures ex illis sal-
tem parvuli semper sunt in gratia
dei oportet dici quod ipse sacerdos
qui dicitur pater eorum ipse sit sa-
nctus ymmo quod natus fuit
absque omni peccato qui erat fu-
turus pater ipsorum / multo

Responsio ad obiecta in contrarium

eminencius intelligitur de sum-
mis pontificibus qui dicuntur
patres omnium christianorum / et virge-
nibus de sanctis apostolis qui di-
cuntur patres omnium nostrum in fide Res-
pondendo ad hec existimo
de intencione respicientis esse
nolle iustificare dicta esse fa-
ciendam inter omnem mediatorem
scilicet mediatricem vel huma-
nam et inter curatos sa-
cerdotes Christus etenim est primus
et summus mediator et si im-
pingeret in peccato fuisse per quem
alium debuit reconciliari / pasto-
res vero qui sunt mediatores
inter deum et populum si quid pecca-
verint patet per omnem summi et
primum mediatorem decuit
non nasci ab offensa dei
Item ut multorum est sententia doc-
torum mediatio istorum stat
simul cum peccato / accepta
enim deus sacrificia eorum qui
offerunt in fide certe que intel-
ligitur sicut intercedere sacerdotum
sit et in eius aliis fide de-
bent acceptari Item hii dicu-
ntur patres fidelium specialiter ad quos
curam pastorale de suo tem-
pore extendit non autem omnium
filiorum dei ab inicio mundi
usque ad finem Item dissi-
milia valde remote deducendo
non dicuntur fuisse ab inicio et
communis fides quemadmodum de
hiis predictis Item paternitas
huiusmodi in istis mediatoribus est
valde contingens per accidens
possunt enim parochiam esse non
istius pastoris sed alterius filii
Item ipse aliorum pater filiorum

Habitudo vero filiacionis fidelium
ad xpm patrem siue ecclesiam ma
trem presuppositis fundamento
et termino cum inexistencia cor-
relatiuorum quia non est ad
alium relatiuus ex hac racione
inesse sibi competit Et
et alie plures dicte quibus
ad obiectiones in contrarium videtur
posse Et applicando ad beatissimam
virginem constat etiam esse
relatiuus que beate virgini con-
petit respectu omnium filiorum
dei ad illam que competit
beate Clare vel monialium
de ordine suo siue cuiuslibet
abbatisse suo tempore respectu filia
rum illarum modo Quarto funda
mentum est tamquam quod beata
virgo est prima et summa me
diatrix fidelium Item mater
filiorum dei quia vnica
induuendo racione sponsa
et sua mediacio magna fuit
nec erit macula peccato Ipsa est
mater filiorum dei eorum qui
ab inicio mundi inceperunt vsque ad con
summacionem Item habitudo
filiorum ad eam non quemadmodum
in aliis dicitur inesse per natu
ram Ergo concludendo hanc con
sideracionem patet inenarrabilis
dicta quod multiplex excellencia
suffragante beate virgini excepta
est ab omni peccato non solum
ex gracia singularis priuilegii
sed quia lex ad ipsam ex
intencione legislatoris non
se extendit

Quoniam premissa fue
runt sufficienter videntur
quintum est ad deducendum

Quod non contradicit theologice
veritati virginem cum xpo con
currisse victoria causaliter
ad reparacionem humanam generis
ita ut vere posset dici mater
omnium filiorum dei

intenti propositi ...
frequenter contingit ...
magnis quando non ...
intelligencia quod principalis ...
causa rerum facile ...
conuertitur Valete ...
auctores apud verbis suppositi
aut quod beata virgo fuit ca
restitucionis refeccionis repa
racionis et redempcionis nostre et
tollitur hac racionem cum fa...
dicendo quod sic per deum omnia
creata Ita per beatissimam
virginem omnia sint recreata
omnemque plenitudinem boni deus
in Maria posuit Ita ut quic
quid boni mundus habeat
per ipsam habet Huiusmodi autem et
similes locuciones pro affectu
pluribus non videntur bene so
nare tamquam apparentes dero
gare dignitati excellencie
et honori xpi qui semper in
religione xpiana ab omnibus
fidelibus creditur et predicatur
fidelium deus omnium conditor
saluator et redemptor Nunc
autem si dicatur quod per beatissimam
virginem facta sit restitucio
et reparacio fidelium quod ergo
commune non virgo sed xpc ut talis
nominatur Item licet non
prius sed simul cum xpo dicatur
hec competere virgini videtur
ergo quod soli xpo non debet attribui
sed cum eo simul tamquam comparticipi
virgo nominari Item igitur conte
tur apparente repugnancia
supra inductis racionibus ple
na fides non adhiberetur

Unde pro intelligentia rei ne-
cessitas compellit aliquid dicere
Quoniam enim omnes induc-
tis auctores propter difficultatem
illa dicere . beatum in sermonibus
de communione et adventu
[illegible]raut ad nostram reparationem
... eum et virginem sic inter-
venisse et eciam esse spirale
conceptum quod misterium rede-
mptionis nostre per ipsam et in ipsa
et de ipsa et cum ipsa deceret
ut deus fieret. Ita ut quemad-
modum sine eo factum est
nichil Ita sine ea nichil re-
factum sit . licet contum et
ad habitudinem duarum prepositionum in et de faciliter
videre auctores possunt eo quod
Et primo dicitur in evangelio ...
hac de ipsa factum misterium
redemptionis / quia in utero
et de utero ipsius sumptum
est corpus illud quod fuit pre-
cium salutis Ecce tamen
due vel cum ipsa et per ipsam
quia manifeste denotat cau-
salitatem ac simultaneam
concursum virginis cum eo
ad redemptionis misterium
non tam leuem intelligen-
ciam recipiunt / pro eo igitur
ad declaracionem huius duplicis
habitudinis oportet intendere
alteram quarum in aliam re-
funditur. Item si beatae
virgini per attributum aliqua cau-
salitas simul cum eo ad
nostre misterium reparationis
adest simultaneo concursu fa-
ciale per intelligi unde tota
dubietas resolvitur in hac

declaracione qualis causali-
tas per attributum beatae virgi-
num dicatur quod per ipsam facta
est restitucio sive nostra repara-
cio Et omisso dicere de
multiplici habitudine alia
istius prepositionis per sic ar-
guendo componitur cum alia dic-
tione quia tunc facit variare
Item si non componitur quia
aliquando facit mensuram temporis
vel continenciam loci / ut cum
dicitur lego per diem et vado
per campum / tamen propter
quia videtur in nostro proposito
significare causalitatem de huius
solum intenditur Et est
advertendum circa hanc causa-
litatem communis modus loquen-
di namque quod ut sive deus
reparavit et succurrit perdito
mundo per virginem Item
aut virgo prout quod eo quod
virgo subvenit mundo et re-
paravit per eum Et ergo quod
qualis modo causalitatis
notatur Cum dicit sancti
quod deus reparavit mundum
per virginem Certum ad
hoc intelligendum quod quater
modo potest intelligi unum
agere per aliud et sic per
principium productivum sic
Quemadmodum dicimus quod ignis
calefacit per calorem qui
est in eo formaliter Secundo modo
sic per instrumentum veluti
faber fabricat per manum
Tercio modo agit aliquid per
aliud sic per causam secundam
sic deus movet celos per
angelos et illuminat orbem
per solem Quarto modo sic per
illud cui communicat effectum

Unum per aliud reparari con-
tingit quadrupliciter

et eandem vim productivam
Hic dicimus quod a deo patre
omnia sunt facta per verbum
suum Ex primo Applicando
hec constat quod primo modo non
intelligitur redemisse mun-
dum per virginem quoniam
virgo non fuit ex sapiencia et
gracia sive virtus informan-
tis animam ipsius quarum
vigore ut dicitur nos rede-
misse Ex sapiencia namque
et caritate diligente et pro-
vide scivit ac voluit processum
redempcionis nostre misterium
in tempore oportuno Nec eciam
intelligetur secundo modo sicut
per instrumentum Et namque
in operacione instrumentali
instrumentum semper est coniunctum prin-
cipali agenti Sic calamus
cum manu scriptoris vel
martellus cum manu fabri
Virgo autem isto modo coniuncta
non fuit persone redemptoris humanati
Cristi Nec quando predicabat vel
curabat que fuerunt opera
ad nostram reparacionem et libe-
racionem ordinata Nec quando
passus fuit et mortuus Et
isto eciam modo dicimus quod Christus mun-
dum redemit per lignum
crucis tanquam per instru-
mentum et cantat ecclesia quod
per lignum servi facti sumus liber.
et per sanctam crucem liberati
sumus Et cottidie eciam
dicimus Adoramus te Christe
quia per sanctam crucem tuam
redemisti mundum Item
nec intelligetur quarto modo
Cristi namque et beate virginis
non est eadem modo cerne secunda

virtus et operacio quemadmodum
est inter deum et verbum su-
um Verbum est autem
in supra commemo[rata auc]-
toritate inter patrem et virginem de-
cebat esse ydemtitatem et
essencie singularissimam
inter omnes ydemtitates Nec
quod inter ipsas esset ydemtitas
operacionis alicuius communis
nimium racionabile videtur
esse Tamen utrumque singulari
ydemtita intelligetur inquantum
latenus posset attingere
ad ydemtitatem substancie
et virtutis divini verbi cu-
pere Ideo tercium mo-
dum est intendendum Ergo quo
ut dicatur liberasse mundum
per virginem tanquam per
causam secundam simul
convenientem cum eo in me-
ritoria operacione ad libe-
racionem generis humani
Intelligendo circa hoc quod
de causa secunda intelligitur
quod omnem suam virtutem habet
a prima et quod in effectum
suum non potest nisi prima prius
concurrente Item quod quicunque
effectus sit a causa secunda
principalius a prima depen-
det pro eo quod plus in causato
influit Tercio quod causa secunda
quanto maioris est virtutis tanto
ad plura influit ut sol
respectu aliorum planetarum
Item quod in aliquo non dero-
gatur prime cause pro concausa
secunda Et quod non detrahit
honori divino quod voluit tri-
buere tantam virtutem

soli aut aliis corporibus cele-
stibus quod per ea illuminat mundum
et operatur alios multos eff-
ectus Nunc ergo queritur utrum
virgo concurrebit cum Christo in
meritoria operacione generis
humani Ita quod non solum Christus
nisse dicatur redemptor
generis humanam sed etiam virgo
[illegible] ipse Christus reparator ita et
ipsa reparatrix suo modo dicatur
Talia vero questione utrum
per hoc derogaretur honori
Christi non est necesse multa dicere
Nam ut exemplificatum est
non derogatur excellentie Christi
ex concessa causarum secundarum
in causalitate eius operis
cum omnibus suis ac causali-
tas que sibi competit illis
a deo concessa est et continue
dependet Scolastice loquendo
quemadmodum est de inte-
ncione hic allegantis in du-
biis magni ponderis quibus-
cumque dicitur non detraccio-
nabile sit intelligi posse /

Prima considera-
cio quo potest
intelligi virginem
reparasse mun-
dum [illegible]

Prima ad hoc suffragatur
consideracio ex parte ecclesie
Dicimus namque quod deus re-
mittit peccata et salvat
suos fideles per ecclesiam me-
ritorie quia meretur remis-
sionem peccatorum sed hec minus
principaliter quam Christus Unde salvat
per eam tamquam principaliter
hec merentem per seipsum ac
remittit deus peccata et sal-
vat effective Constat autem
quod ecclesia simul cum deo con-
currit in hiis operibus que
soli deo et racione deitatis
competunt / quod ergo in merito

ad liberacionem generis huma-
ni virgo sub cuius pedibus
ecclesia dicatur cum Christo concur-
rere meritoria operacione sed
minus principaliter quam Christus et apparet
non esse dissonum racioni

2a Secunda consideracio est
ex auctoritate sacre scripture dicitur
enim Cor iii dei adiutores
sumus Ita quod deus dig-
natur ministros suos as-
sumere sibi quodammodo in
coadiutores / ut a deo et
ab ipsis unum et idem opus
dicatur procedere et [illegible]
concurrere in eadem causalitate
intelligunt Unde statim
in eadem auctoritate subiungitur
de conversis ab apostolo per predi-
cacionem dei agricultura estis
dei edificacio estis Nunc
autem cum unusquisque minister
dicatur adiutor ipsius
quanto operacio ministri ad plu-
ra se extendit tanto magis
dicitur concurrere cum Christo
in causalitate Unde summus
pontifex qui homo est inter
omnes ministros ecclesie principalius
dicitur adiutor dei Hic autem
intelligimus quod aliquis est
adiutor dei in disposicione opera-
cione precipiendo et ordinando
que pertinent ad regimen
fidelium Ita se etiam intue-
tur ut adiutor intercedendo
tamquam dignus ex suis me-
ritis exaudiri Quod hac
consideracione Christus est advocatus
noster et intercessor ad patrem
Quanto ergo in aliquo maior
caritas est et continue intercedit
pro aliorum salute tanto magis

intelligitur cum xpo concurrere
in eadem operacione et esse par-
ticeps eiusdem causalitatis Er-
go in beata virgine dicatur
maior fuisse habundancia
caritatis et gracie quam in omnibus
hominibus qui fuerunt de tempore
suo / nec caritas in ea ocio-
sa fuit sed continue ardebat
ad deum pro salute fidelium
Ipsa ergo merito quod fuit tunc
adiutrix xpi dicatur et per
ipsam tamquam per adiutricem
et participem eiusdem aliter
dicitur quod xpc sucurrerit mundo
perdito in restaurando illum
Tercia consideracio est ex
parte status quem nunc obtinet
in gloria beatitudinis nam
eius doctrinam multorum doctorum
permaxime Thome Ber et
Ans in qua pluribus locis
manifeste cognoscet ex demon-
cione eorum quod omnia dona
graciarum ac virtutum et
quicquid boni obtinemus
a deo totum ad nos prouenit
mediante beata virgine vnde
appellatur vestibulum gracie
Est quod in amori omni commu-
nicabili ac eadem digna opera-
cione gratuita respectu fide-
lium que racione deitatis
non competeret solum con-
currit cum xpo Causa vero
huius est Nam si ut tactum
fuit in beata virgine fuisse ha-
bundancius dicitur esse donum
sapiencie caritatis et gracie quam in
omnibus hominibus et angelis
simul sumptis Tunc ipsa
plus cognoscat de secretis
diuine prouidencie quid

plena
deuocione
et spe
culacio
ne

deus velit magis [illegible]
uine voluntati v[illegible]
cedi potest sumique [illegible]
ciedatur intuemur [illegible]
pro omni salute fid[illegible]
cta hec que ad su[illegible]
cium pertinet vide[illegible]
conformius intantum diuine
voluntati quod concurrit
cum xpo in omni volito et
beneplacito suo eciam nichil
si quis ad ipsius vel alterius
intercessionem sed proprio
motu xpc facere intelligit
Ergo omnia beata virgo co-
gnoscit et nichil primo de-
sideravit et sic gracia se-
ei quod pro eis obtinendis
primo intuemini / vnde
vndo intelligitur quam ex ad
xpo in omni causalitate gracie
Hec aut non videntur
nimis exprimere nimis de
excellencia beate virginis
si attendamus ad auctoritatem
Thome Bern Anselmi Ber
dicit quod totius gracie que
in xpo est plenitudo venit
in Mariam ac quod proxime
personali cum deo vnione
creature condicio patitur luce
diuine immersa videtur
fuisse / ac hoc quod beatissima
virgine solus deus maior
est Ex quorum dictis ma-
nifeste sequi videtur quod
hec virgo cognoscat ac velit
quecumque xpc inquantum homo
vnde ex hiis manifeste ap-
paret concursus virginis in omni
causalitate graciarum ad xpm
non quidem effective quia
nec sic xpc inquantum homo
concurrit sed meritoria dispone

intuemendo pro salute fide-
lium apud patrem Constat
autem quod homo non competit
sanctis petro et paulo nec
alicui angelorum / De n° nag(is)
loquitur quod in eo fuit omnium
plenitudo gratie que in pro-
vide lis parti pro aliquibus
non tamen sic intuemini
vel pro omni dono gratie quod
hominibus conceditur a deo Nec pre-
termisse illud omne cognoscunt
Non enim omnia que deus opa-
tur sanctis omnibus nota sunt / ex-
citum autem quod nota sint beate sa-
cre maxime illa que pertinent
ad sui dignitatem officii
quod est advocata omnium fide-
lium et mediatrix Nam quo-
nimus Dicitur vero mediator apud
patrem communis est apud ipsum
beata virgo Et ut est doctrina
communis in sco dictorum / vero dicitur
mediator non secundum divinam
sed humanam naturam Dicitur
est de hoc quod est pro nobis advo-
catus et intercessor Et vero
omnia que dicit ipsius michi
non secundum divinam sed
humanam naturam cui competit
Et si per possibile vel impossibile
deus esse desineret / hec non
sibi videtur competere Ergo
in huiusmodi que dicit respectu
causalitatis meritorie non vi-
repugnans quod beata virgo cum
si parva sit creatura possit
dici vero cooperari magne ple-
nitudinis gratie sibi compe-
tentis in maiori excellencia
quam aliis quibuscumque sanctis
Ita quamvis plura concurrunt
similis ad eundem effectum
si in uno assit virtus que in

omnibus illis et habundan-
cius de concausis coniunctim cau-
salitate non tamen sit comparatio
gradum et si stelle concurrant
ad illuminationem diei et magis
retinet candorem claritatem quam
in nocte / tamen in illuminatione
huiusmodi non comparantur stelle
soli pro eo quod sol habet tantum
de lumine quantum omnes ille
et habundancius plene Et ideo
ait scriptura in pluribus locis
et specialiter Dan xii et Eccl xl
sanctos comparat stellis et
beate virginis attribuit lunam sub
pedibus eius esse / Hinc con-
sideracionem plurium cupio audi-
tores omnes esse fideles ut indi-
cent quantum infra ipsum digna
sit omni veneratione beata
virgo supra omnes sanctos
Et in hiis que tangunt laudem
vel obsequium non reputet eam
aliis esse comparandam exim
mensura / Lucifer quo sing-
ulariter et dominum supra dicta
quod lucifer invidens excellentie
huius beate virginis dedi-
catus patri superiorem in regno
prostratus est Commemorat
hoc per aliquos theologos
decem excellencie que in
primo angelo aptitudinaliter
fuerunt ex parte nature fuis-
sent autem perfecte ex parte gratie
si perstetisset / ut de potencia
quod cum ex deputatis angelis
singula possint movere
singulos orbes secundum mag-
nitudinem sue virtutis ipse sua
virtute posset motu recto pari
totum universum movere
Primi r de pulcritudine quod esset

manus gaudium ipsius vi-
de quod eius mundana feli-
citas / de excellentia sapien-
tie et aliarum virtutum sin-
gularia enarrant Conclude
quod post deum ipse futurus
erat primus patriarcha in
spiritualibus et temporalibus
Item quod omni quo respectu actionis
universalis posset nec in ore ope-
re divino esset cooperator Con-
stat autem quod beata virgo quia
exaltata est super omnes choros
angelorum assistatque a dextris
et in gloria patris multo
excellencius domum glorie possi-
det quam ille obtinuisset Non
est ergo absonum rationi si intel-
ligatur in omni causalitate
gratiarum supra exposito modo
esse cooperatrix ut Notant doctores
in causalitate gratiarum Ergo
beate virgini non sic ut doct-
rina sanctorum tenetur iudicium
condempnacionis impiorum quia
reparacio refugium et consolacio
peccatorum Illud namque non
ex meritis peccatorum virginis aut
sanctorum conceditur gratui-
te sed infertur iuste ex ipsorum
demeritis Ex his appa-
rere potest quod in omni gratui-
ta operacione ad salutem
ut sedens nunc in gloria patris
dignatur habere secum in palacium
matrem suam beatam virginem
quod autem quondam in hoc mundo vi-
xit dignatus sit operari salu-
tem in medio terre per virgi-
nem / quid plurimum inconvenabile
esse videtur intelligendo quod me-
ritoria dispositio ex parte virginis

simul concurrerit cum merito
et ad humanam generis sa-
lutem / Quarta consideracio
ad hoc est ex parte introductio-
nis peccati Constat enim quod ad
ingressum peccati in mundum
atque reparacione dicitur esse fac-
tum redempcionis misterium
non solum concurrit ad-
primus parens noster in esse
nature sed Eva que mater
esse dicitur cunctorum viven-
cium Gen. tercio Sicut autem
dicebat Beda quod vehementissime
nobis vir unus et mulier
una nocuere Sic per unum
maximum virum et mulierem
unam omnia restauratur quia
sic nimirum prudentissimus
et clementissimus artifex quod
quassatum fuerat refecit ut no-
bis novum adam reformaret
ex veteri et evam transfudit
in mariam Nam licet suffi-
cere posset christus tamen nobis bonum
non erat esse hominem solum
et congruum magis fuit ut
adesset nostre reparacioni sexus
utriusque quorum corrupcioni
nemo defuisset Ex hac materia
apparet ratio convenientie quare
virgo possit et deceat nominari
cooperatrix christi in restitucione
nostre salutis videlicet ut confor-
mitas esse intelligatur in cau-
salitate dampni et eius repara-
cione Ideo ut incongrue ad
hoc pertinere videtur dictum
Symeonis ad beatam virginem
Luce ii Et tuam ipsius animam
pertransibit gladius ut revelentur
ex multis cordibus cogitacio-
nes Unde iuxta Bedam

Consideracio quarta similiter movetur ad veneracionem b. virginis

et per intelligitur de gladio
passionis. Cesti qui dicunt quod
simul fuit passa cum Christo
sic ut quemadmodum in commis-
sione primi peccati et ipsius
delectationem simul concur-
rentium vir et mulier sic
etiam ad ipsius reparationem
et virgo in passionis tor-
mento. Ut quid enim fuit ne-
cesse quod virgo conveniret Christo
assisteret / quia ad huiusmodi
spectacula ire non debebat
ut mos erat. Unde cum
doctrina est in sana religio-
ne sperare in sermonibus ad
plenum quod beata virgo dicatur mar-
tir ex dolore eo quem ipsa
passa fuit in morte filii.
Sicut dicit Alexander super
lu. quadruplici ratione hoc
martirium suum prefert aliis
/ quia martires quidem in
corpore ipsa in corde passio-
nem sustinuit. Alii quos
mortis instrumento ipsa eo
quo Christus. Item ipsa cum Christo
simul et in Christo. Certo quia
alii pro fide / ipsa iuxta con-
siderationem Bernardi pro ca-
ritate et maius est donum
caritatis quam fidei. Hoc autem facia-
le declaratur reducendo predicta
in memoriam. Etenim dicendum
est quod multiplici ratione con-
currente nunquam aliquis
filius tantum dilexit suam
matrem quam Christus hanc suam
genitricem / credendum est
de reciproco amore ita quod
virgo plus dilexit Christum quam quecum-
que mater filium suum. Et quoniam
ut dicitur Anima verius

est ubi amat quam ubi animat
sequitur quod urgente caritate
compaciendo filio pacienti
et morienti ipsa passa
fuisse singulare martirium
merito dicitur / attenta
maxime plenitudine caritatis
de qua supra expositum
est fuisse in beata virgine / et
quanto ferventior amor ur-
gens intensior dolor. De
hoc autem martirio Ieronimus in
sermone de assumptione sic dicit.
Beata dei genitrix et mater
et virgo fuit occisa in pace
vitam finierit / Unde Syme-
on: et tuam ipsius animam
pertransibit gladius. Ergo con-
stat quod alii sancti et si passi
sunt pro Christo in carne tamen in
anima que est immortalis
pati non potuerunt / Beata
vero maria dei genitrix quia
in ea parte passa est que
impassibilis habetur. Ideo
ut ita fatear quia spiritualiter
et atrociter passa est gla-
dio passionis plusquam
martir fuit / Unde constat
quia plus omnibus dilexit
propterea et plus omnibus do-
luit intantum ut animam
ipsius totam pertransiret et
possideret vis doloris ad
testimonium eximie dilec-
tionis / que quia mente pas-
sa est plusquam martir fuit /
Nimirum et eius dilectio
amplius fortis quam mors quia
mortem Christi suam fecit / Hec
ille. Unde cum ratione pleni-
tudinis gratie intelligat
meritoria dispositione virgo

Martirium virginis quod fuit in passione filii quadruplici ratione prefertur martiriis omnium martirum

cooperata fuisse xpo ad nram
salutem · simili etiam ex ea
cum xpo passa fuit · merito
pt intelligi conuenisse cu xpo
in causalitate ad reparacom
generis humani · Et Sicut
qr xpc reparauit humanum
genus per virginem / Sic ad hoc
spectare videtur doctrina
ansl[i] in pe · Cur deus homo
allata in pmo · Et si primi
parentes pstetissent nec suc-
cubuissent illi temtacoim pe
suo merito descendentes ab
eis omnes ita essent in bono
confirmati ut peccare non pos-
sent / quemadmodum et ipsorum
demeritis infirmati sunt ut quam
in ipsis est sine pcto ee non
pnt · Unde subiungit dicens
Deus enim audeat dicere pl[us]
vale iniusticiam ad illigan-
dum in seruitute hominem
in prima suasione sibi con-
senciente q[uam] valeret iusticia
ad confirmandum eum in
libertate sibi in ead temta-
cione adherentem · Ex quo
mani te apparet q[uod] vo le sit
intelligere q[uod] sic non solum
primus parens ymmo sic
ambo ordinata coniuncte
si pstitissent meruerunt nobis
confirmacionem ad bonum
in statu innocencie / q[uod] eodem
duo primi progenitores nri
in esse spualis vite si xpc
et virgo concurrerunt ad reparacom
nre salutis in hoc statu mi-
serie / non solum meritorie
sed per passionem dispositive
Et de huiusmodi concursu operis
ad nostram restauracom

int[er] alia singula[illegible] que ca
attribuit competere [illegible]
ei videtur intelligendi [illegible]
Cum de ipsa dicat [illegible]
vim Cum eo etiam [illegible]
compotens · Itaque com[illegible]
et reparare cuncta cum x[illegible]
ad virginem spectare di[illegible]
Concordat quod quod supra [illegible]
cebat ansl[i] / Deus qui pot[illegible]
omnia de nichilo facere no-
luit ea violata sine ma[illegible]
reficere · Ad hoc etiam sine
videtur partinere tamquam sit de
intencione sacre scripture quod
de bta virgine scribit · Gen iii
Et ipsa conteret caput
antiqui serpentis · Constat
enim quod supra allegatum
fuit q[uod] xpc dicitur nos redemisse
se a dyabolo / quia superauit
et vicit eum · Sic etiam at-
tribuitur virgini contriuisse caput
vel principatum eius / Unde
racione dictante possumus
intelligere concursum virginis
in ead operacione meritoria
ad destruccionem pcti / videlicet
enim ead opereris tenuit
De hac aut meritoria opera-
cione beate virginis ad sal-
uacionem mundi / quoque piparum
caput serpentis contritum
est · Bernardus ipsa salutando
eam sic dicit · Salue sancta
parens omnium pro te sub la-
be carens · Salue virgo in-
clita · Aue virgo nudo ipsi ?se
cuncti mundus saluus esse
meruit per merita · Salue
mundi salus et vita preciosa
margaritha per qua sinceris cadit · Salutacio bte

Que inter gloriosi xxv quam
capud venenosi serpentis co-
culcavit. Item de hoc videtur
esse doctrina sancti Thome
super Ave Maria dicit enim
quod Maria plena fuit gratia
quantum ad se / pro quantum ad
animam qua habuit plenitu-
dinem gratie / Item quod fuit ple-
na gratia quantum ad reflux-
um anime ad carnem. Ter-
tio quod plena fuit gratia quantum
ad refusionem in omnes ho-
mines / Magnum enim est in quo-
libet sancto quod habet tantum
de gratia quod sufficit ad salu-
tem multorum / sed quod haberet
tantum quod sufficeret ad
salutem omnium hominum de mundo
hoc maximum est / et hoc
est in Christo et in beatissima
Maria virgine / Nam in omni
periculo potes salutem obti-
nere ab ipsa virgine gloriosa

Lancea

Unde in cantica mille clipei
id est remedia contra pericula
pendent. Item in omni ope-
re virtutis potes eam habere in au-
xilium. Et ideo dicit ipsa ecclesiastici
xxiiii. In me omnis gratia
vie et veritatis. In me omnis
spes vite et virtutis sic ergo
plena est gratia et excedit
angelos in plenitudine gratie
Et propter hoc convenienter vocatur
Maria que interpretatur illu-
minata in se / Unde ipsa habet.
Et implevit splendoribus
animam tuam / illuminatrix
in alios quantum totum mundum
Et ideo assimilatur soli et
lune. Hec ille / Item ad hoc
non mediocriter spectat quod

dicitur de beata virgine ecclesiastici
xxiiii. Transite ad me omnes
qui concupiscitis me et a
generacionibus meis implemini
tamquam ex intencione sacre scrip-
ture soli competit sibi ple-
nitudo gratie quantum ad
redundanciam in alios sive
diffusionem / Nunc autem
tamquam sic dicendum videatur
se offert / quod cum redemcio
et communiter dicat solucionem
precii et hoc precium iuxta doctrinam
Petri prima sua canonica c. i.
dicitur esse sponsus preciosus
sanguinis agni incorrupti et
inmaculati Christi / Nec fuit eius
sive sanguis Marie sed Christi
/ quod licet alie denominaciones
sibi competerent / non sic autem
sub vocabulo redempcionis / unde
communiter in doctrinis sanctorum
dicitur vivificatrix reparatrix et similibus
libus aliis denominacionibus
non tamen sic frequenter reperitur
dictum quod sit redemptrix / Verum
si reperitur eius actum quo
superius in auctore veret probat inter
legi sub racione qua alie de-
nominaciones conveniunt racione
disposicionis meritorie et simul
tanee passionis Christo appro-
ciudentem quam racione superius
expositum fuit quod denominaci-
ones excellencie que Christo compe-
tunt conveniunt eciam virgini sed
illas que solum racione dei
quia Christus sponsus et ipsa spon-
sa vocatur / Nunc autem ostensum
fuisse videtur quod huius de-
nominaciones competunt beate
virgini non solum racione huius

¶ 4 Si virgo fuit restauratrix quo non peccavit et de concordia istorum cum antedictis

sed etiam ratione eminentioris opera-
tionis in eadem causalitate que
tamen xpo semper principaliter
attribuitur. Cum namque sit
auctor ecclesie in divino offi-
cio sanctorum et aliorum
doctorum que de beata virgine
vnanimiter dicunt quod per ipsam
facta sit humani generis
reparatio reserata ianua paradisi
ablata maledictio Eve quod
ipsa sit vita salus et spes
nostra et de multis aliis de-
nominationibus que in ea te-
denotant in ipsa causaliter
vel rem respectu istorum effectuum

Que aut premissa fuere
Deo sine deputata sunt
ut non absurdum pu-
tetur dicere immo consonum
fidei et sacre scripture quod beata
virgo simul cum xpo sit prima
et causa spiritualis omnium fide-
lium qui ab initio fuerunt
et erunt usque ad finem mundi
quemadmodum Eva
mater cunctorum viventium
generatum ad esse nature
ipsa intelligitur mater omnium
filiorum regeneratorum ad esse
vite spiritualis / eo quod cum ipsa
sit principium et causa vite in
aliis pro tempore sue conceptionis
quo alii ab ipsa vivificari
intelliguntur ipsa fuisse mor-
tua non dicitur. Sed si
per ipsam ut prefati sancti doc-
dempcionis effectum / qua
sacra scriptura in qui[bus] multis
passibus non illorum finem
in plecionis universi s[ed] ad re-
dempcionis graciam / siccans
de hoc misterio incarnacio[n]is
frequenter loquitur Unde e[st]
q[uod] pluribus ita esse verum dic-
tum videbatur / dicitur eni[m]
Gal[athas] iiii / Misit deus filium
suum natum ex muliere factum
sub lege ut eos qui sub lege
erant redimeret Simile ha-
betur in pluribus aliis locis
Responsio ad hec non e[st] in
theo[logi]a multum difficilis Cu[m]
constat unde et cuius operis

esse plures interioris esse
fines. Ecclesia enim edificatur
ad cultum dei ad defensio-
nem et custodiam ministrorum
ac aliarum rerum que in
ea ponuntur ad sepelienda
corpora defunctorum / et ita
de multiplici alio honesto
fine in hoc et fere in omni
virtuoso opere concurrere po-
tuit. Ergo misterium incarnatio-
nis sine multiplici utili-
tate opus eius a deo ordina-
tum fuisse ad diversos fines.
Preterea dominus anselmus in de con-
ceptu virginali memorat pluribus
eiusdem rei rationes plures
esse quarum unaqueque per se
sufficeret sola. Tercio quam sacra
scriptura revelata est in sta-
tu nature lapse. Unde est
quod ille finis frequencius in
ea exprimitur qui magis
necessarius et expediens
hominibus peccato subiectis
quibus revelata est videbatur.
Quod etiam secundo huic
consideracioni quod licet sacra
scriptura et communiter glo. et
doctores super 1 thi.
id est dicunt nulla causa
veniendi fuit Christo nisi pecca-
tores salvos facere tollere
morbos etc. hoc intelligitur
de adventu Christi eo modo quo
fuit in carne mortali immo
quasi mortua et passibili de
necessitate. assumpsit enim
has penalitates que nunc
sunt in statu miserie et

de adventu hic [illegible]
omnino loquitur. [illegible]
ex hoc concludit quod [illegible]
decessisset in statu in[illegible]
si homo perseverasset [illegible]
quemadmodum in statu [illegible]
nature veniens assum[illegible]
naturam humanam [illegible]
eo tempore esse contingeret
et tunc eandem omnibus aliis
similem accepit. Item
ea que singularia sunt [illegible]
omnium scientia non tam clare
nec tam repente dicuntur.
Et tamen ad hoc videtur satis
manifeste suffragari eiusdem
racionis supposita. Cum
nam ipse ordinatur ad
minus bonum et excellen-
cius bonum est ille homo vel
quam totum residuum universi
preter deum. Item suffra-
gatur doctrina apostoli Ephesios
qui de patre deo inquit grati-
ficavit nos in dilecto filio
suo in quo habemus re-
dempcionem per sanguinem eius
in remissionem peccatorum secundum
divicias gracie eius que super-
habundavit in nobis in
omni sapiencia et prudencia
ut notum faceret nobis sacra-
mentum voluntatis sue secundum
bonum placitum eius quod propo-
suit in eo in dispensacione
plenitudinis temporis et instau-
rare omnia in Christo que in
celis et que in terra sunt in
ipso. Item eiusdem capitulo 1°

[...] imago dei invisibilis primogenitus omnis creature / quia in ipso condita sunt universa que in celis et in terra sunt visibilia et invisibilia sive troni sive dominaciones sive principatus sive potestates / omnia per ipsum et in ipso creata sunt et ipse est ante omnes et omnia in ipso consistunt et ipse est ecclesie caput corporis qui est principium primogenitus ex mortuis ut sit in omnibus ipse primatum tenens quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare / et per eum omnia reconciliare etc. Ex verbis autem hiis que de christo non solum quo ad divinitatem sed etiam ad humanitatem loquitur / apparet manifeste doctrina Ber[nardi] superius commorata quod christus fuit redemptor angelorum ac pro ipsis fuit crucifixus. Apparet etiam quod quia christus est finis omnium Cum tamen finis sit primo in intencione sequitur hic quod quid supra declaratum est misterium incarnacionis fuisse opus primo ordinatum a deo. Constat autem quod beata virgo spectat ad misterium incarnacionis quo ordine essenciali. Et dicitur prevista esse ante personas primorum parentum et ipsorum corrupcionem. Unde eccli in oribus ad christum et virginem Ecclia quid dicemus quali gaudio hac vel quali iubilo etc.

dies complevimus quantum tibi debemus / Unde quamquam perlucens minimum est et quasi nichil ad ea que per quo ergo debemus / tu namque ante omnem creaturam in mente dei preordinata fuisti et omnium feminarum castissima deum ipsum verum hominem ex tua carne procreans / ut hominibus per deum regni celorum aperta gloria regressus / ut perdito mundo reparares aditum et vite perhennis et emolimentum reparares / De hac etiam virgine possit intelligi quod scribitur in Ecclesiastico 24 Ego ex ore altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. Et vocatur quod solum redempcio est finis misterii incarnacionis tunc etiam ex hoc sequitur interim quod angeli quorum finis est christus quia caput ipse dicitur esse redempti ex fide incarnacionis / Et virginis misterium dicitur pertinere ad gloriam dei angelorum / unde ex hoc modo satis competet denominacio supradicta esse angelorum domina. Quod si obiciatur quod hic modo erit etiam de david abraham et adam quorum filia fuit virgo non licet contendi sermonem sed libeat considerare quo simus ex premissis in statu innocencie idem homines qui modo salvantur erunt tunc salvandi et tamen non fuissent

cosd' pred / quia frequenter
aliquis predestinati pater
prostratus dicitur esse / Unde ali-
quis oportet intelligi habitu-
dinem essencialem huius myste-
rii incarnacionis divine quod
intantum actam singula-
rissime significat humanam
naturam ut patet hic quod enim
desiderabilius esse est et pro-
prium bonum deus propter
homines fecit videlicet regnum
celorum / hec est doctrina Jo
Crisostomi in tractatu de
reparacione lapsi / propterea
enim creavit nos deus et
esse fecit qui non eramus
ut eterna nobis conferat bona
et preberet regna celorum / Jo
non ad hoc fecit ut Gehenne
nos tradat ignique perpetuo /
Regnum celorum propter nos
Gehenna propter dyabolum
facta est / Et hec ita esse
ex ewangelio docebo / Dice-
t enim dominus ad hos qui a
dextris eius sunt / Venite
benedicti patris mei percipite
regnum quod paratum est
vobis a constitucione mundi
Illis enim qui a sinistris sunt
dicit Discedite a me male-
dicti in ignem eternum
qui preparatus est / non dixit
vobis sed dyabolo et ange-
lis eius / Sic ergo propter
dyabolum Gehenna ignis
propter homines regnum
celorum a constitucione seculi
paratum est hec ille / Ex hac
auctoritate videtur significari

quod deus primo disposuit da-
turum se hominibus eternam
gloriam quam angelis / Unde
ex hoc videtur alia posse quod
angeli priores dicuntur con-
cives hominum in beatitudine
quam econverso quod apparere
significari in verbo angeli
ad Jo apo xix dicit con-
servus tuus sum et fra-
trum tuorum et angeli reputant
se esse conservos nostros non
autem econverso Non fit
tensio ad excellenciam nature
ut natura est propter in in-
statum miserie sed quantum
ad divinam reputacionem
videtur iuxta doctrinam apostoli heb
ij et iiij quod homo sit ma-
ioris dignitatis quam ange-
lus triplici racione / primo quia deus
nusquam angelos apprehendit
sed semen Habrahe apprehen-
dit / Secundo quia angeli
non fratres sed dicuntur solum
filii dei Job xxxviii ho-
mines vero non solum filii
dei sed dicuntur eciam sui fratres
Tercio quia non homines
ad ministerium angelorum
sed angeli ad ministerium
hominum ordinati sunt Quid
omnes angeli sunt administra-
torii spiritus in ministerium hominum
missi propter eos qui heredi-
tatem capiunt salutis / Quarto
ad considerandum dignitatem
hominis spectat quod homo ultimo
a deo post alia omnia fac-
tus est tanquam ex qui sunt

Homo est maioris dignitatis angelo triplici racione

Ex eo quod virgo dicitur possessa a deo in initio viarum suarum ideo concepta est absque o[riginali]

plurimum in executione que fuit primum opus in intellectione a deo ordinatum esse Verumtamen hoc non obstat quod confirmat intentum quod angeli primo gloriam assequi fuerunt. Item ad hoc facit quod ad obsequium hominis sive utilitatem omnia videntur ordinata esse ut dicitur eciam in secundo dist. 1. omnia secundum apostolum 1 Cor. 3 nostra sunt superiora ad fruendum equalia ad conuiuendum inferiora ad fruendum. Preterea doctrinam philosophi politicorum tropicorum que nota sit melior et excellencior simpliciter alia. Comparandum est optimum individuum unius ad optimum alterius et illa species cuius optimum individuum excedit illud simpliciter dicitur melior. Ut cum dicimus quod equus est melior asino quia optimus equus prefertur optimo asino. Videmus autem manifeste quod homo optimus scilicet Christus prefertur optimo angelorum. Et ne dicatur quod racione deitatis preponitur angelis beata virgo declarauit quod nullus angelorum est caput et dominus hominum, sed homo est dominus ipsorum. Ad hoc eciam beata virgo dicitur domina eorum. Cum ergo tanta sublimitas excellencie hominibus competat ex misterio incarnacionis diuine beata virgo que ordine quodam essenciali ad hoc misterium pertinet est sine dubio in leo

prior ac perfectior primis parentibus unde intelligitur nunquam fuisse corruptam peccato. Concludendo igitur cum beata virgo dicatur a deo esse primo possessa ab inicio et ante secula creata in isto ab huiusmodi peccato considerata exempta. Studiosius considerandum esse oportet quo intelligendum sit cum dicitur beata virgo possessa a deo in inicio viarum suarum Vie enim dei communiter dicuntur misericordia et iusticia ps. Universe vie domini misericordia et veritas. Cum autem dicitur a domino possessum in inicio viarum suarum nunquam fuit possessum ab alio prius. Et quod non dicitur a deo possessum in principio uiarum suarum quin enim omnibus viis dei incohatur deus solum dicitur esse prius. Et ante huiusmodi inicium non potuit primo ab alio possideri. Si ergo beatissima virgo contraxit originale peccatum utique fuit possessa a dyabolo quam a deo. Et non erit verum quod sit possessa a deo in inicio viarum suarum. Si vero respondeatur quod si possessa est in inicio viarum dei, ergo possessa fuit ante opus diuine misericordie vel iusticie quod non est verum, quia nullum opus dei anterius dicitur esse. Respondetur quod imo ante opus misericordie vel iusticie est opus potencie vel bonitatis diuine. Unde augustinus

ut habetur in quarto dis. xlvi
ad miam pertinet quod captivis
subvenit et de miseria liberat
Ad bonitatem vero quod celum
et terram et omnia valde
bona creavit ut essent id est
celi non indiget mia ubi
nulla est miseria Infra
omnis habundat miseria
et superhabundat misericor-
dia Miseria ergo hominis
et misericordia dei plena
est terra non celi quia non
indigent mia Indigent
tamen regente domino Omnia
enim indigent domino et mi-
seria et felicia quia sine
illo miser non sublevatur
et felix non regitur Tunc
ex hiis apparet quod opus bo-
nitatis vel divine gratie
precedit opus iusticie et mie
De primo autem manifestum est
Nam iusticia dicitur committi
respectu iusta vel demerita
quorum alterum non est sine
precedente gratia aliud habet
antiquam miseriam Item
opus iusticie presupponit opus
gratie vel misericordie Miseri-
cordia autem presupponit opus
gratie sequitur enim est opus
mie ergo opus gratie sed
non econverso Nam in suscepto
gratie in angelo vel in primo
homine constat quod creati erant
cum gratia gratum faciente
non est opus misericordie
quia adhuc miseria non
inesse erat intelligi dicit
considerant in pluribus na-
libus Ex peccato enim miseria

secundum augustinum augustinus dicit ista
in nono et pietate [illegible]
vivis facit ipsos [illegible]
premissis manifeste [illegible]
responsio ad dictum [illegible]
quis an opus divine mie
vel iusticie Est assignatum
opus divine bonitatis
vel gratie Et quod amplius
ex huius visione argumentum
sicut videtur constare intentio
huius doctrine Nam si omnes
sunt vie domini sunt misericor-
dia et iusticia ergo aut per
non in aliqua istarum sed
in ipsarum initio fuit posses-
ssa a deo Tunc an opus
iusticie vel mie non sit
nisi opus gratie vel nature
Hoc ad ultimo convincit non
dicitur opus a deo possideri
apparet ergo dicendum quod tan-
tum consideratur in beata virgine
fuisse meritum vel deme-
ritum id est peccatum fuit ipsa posse-
ssa a deo Si vero dicatur contra-
xisse originale peccatum et post fuisse
illud per gratiam remissum
Tunc veritatem a quocumque
peccato sit opus divine miseri-
cordie Iam ergo non ab ini-
tio viarum sed in ipsarum
altera id est in misericordia
fuit primo a deo possessa Hec
autem sacra scriptura tan-
quam pro singularissimo
divini muneris beneficio de
beata virgine testatur quod deus
possedit eam in initio viarum
suarum Unde apparet quod pos-
sessio hec debet intelligi pro
put

solum est opus gracie prout quod
[illegible] opus misericor-
die [illegible] Intentum hec indu-
[illegible] aucte sapientis proverbiorum
Sapiencia edificavit sibi
domum excidit columpnas
Item iuxta sinam [?]
[illegible]ni Revera hec domus
beata virgo dicitur in qua au-
[illegible]te mundum est verbum
edificavit sibi. Unde patet
quod a prima edificacione sua
beata virgo fuit domus deo
consecrata. Cui autem pror-
rumpitur cum originali peccato non
deo ut sic sed dyabolo adoptatur
dicitur enim habitaculum
dyaboli non dei. Quia dicitur
esse natura filius ire non gracie
dei. Sed de beata virgine
hec pro singulari dono
scribitur quod divina sapien-
ciam sibi edificavit domum
Et de qua edificacione intel-
ligi debeat statim subiun-
git quod excidit in ea colum-
nas septem. per quas misterio
sinam [?] augm[?] intelliguntur
septem dona spiritus sancti
prout supra dictum est. Et pro
ad intelligenciam huius
specialiter pertinent ille due auc-
toritates david supra induc-
te quod sanctificavit ta-
bernaculum suum altissi-
mus. et quod domum dei de-
cet sanctitudo in longitudine
dierum. Unde utique apparet
quod hec domus singulariter
edificata et consecrata deo
nunquam fuit habitaculo
demoniorum culpabiliter
deturpata originali peccato. Sed
potius racione sue singula-

Testimonium dei quia virgo
contritura erat caput serpentis

rissime dignitatis a labe
de contractione originalis peccati
creditur preservata fuisse. Et
sic contencione fuisse sa-
cre scripture considerari valet
per quemcumque fidelis. Nam
in sui exordio de hac beata
virgine stati pronunciavit quod
ipsa deberet conterere caput
serpentis. Ista enim duo non
bene se compaciuntur quod
ipsa fuit subiecta peccato originali
et contrivit caput dyaboli
aliud est enim dyabolum
vincere aliud ipsius caput
conterere. Est autem multo [?]
attendendum quod sacra scriptu-
ra in eodem contextu ubi
mencionem facit de iniuria [?]
originali peccati statim in eodem contextu
immo ante de hac beata
virgine mencionem facit
tanquam de destructrice ipsius
peccati ac reparatrice eorum qui
per eo essent corrupti. Preterea
dixit enim quod ipsa contereret
caput dyaboli et dyabolo
insidiaturus esset calcaneo
suo. Unde manifeste datur
intelligi quod corrupcio peccati non
debebat attingere virginem
id est animam sive mentem
huius beate virginis. Sed dumtaxat
erat insidiaretur calcaneo
id est parti inferiori que caro
sive corpus dicitur. Et hoc
est quod supra declaratum
extitit quod caro virginis con-
cepta quodammodo dici fuis-
se in peccato originali sed eius anima
nunquam fuit subiecta
peccato. Unde racionabiliter

intelligitur quod dyabolus in
hoc insidiari ipsius calca
neo dicitur. quia iam caro
ex qua formatum est corpus
virginem iuxta multorum
sententiam erat infectura animam
ipsius sic animas omnium alio
rum in originali peccato, sed non
attigit vitam quia gratia
divina prevenit, non enim
ea carnem in originali culpa
sed caro dicitur inficere animam
Ita quod huiusmodi corruptio asscen
dit a calcaneo usque ad uterum
non ergo descendere dicitur
pie itaque ac devote consi
derantibus satis ex hoc appa
ret quod beata virgo continuare
sacre scripture a suo initio
excepta dicitur ab originali peccato
Item enim cum deus malediceret
hominem ex qua maledic
tione dicitur provenisse o
peccatum status ut nobis sonaret
penitentiam esse virginem dicit
quod ipsa conterere debet caput
serpentis. Unde hec auctoritas non
mediocriter nostrum confirmat
propositum. Considerandum
dum enim se offert. Cum
in ista auctoritate iuxta commu
nem doctorum dicitur
quod dyabolus deberet insidia
ri calcaneo beate virginis
quod in tota ipsius vita nec
etiam in apocriphis legatur
de temptatione dyaboli ad
ipsam ut sic referri possit
ad peccatum actuale, legitur
de salvatore nostro filio scilicet
eius suo quod dyabolus insidiatus
est ei temptando ipsum

sed illud non [illegible] insidi
ari calcaneo sed [illegible]
dixit. Hec omnia [illegible]
dentes advertimus [illegible]
ad hec enim e attende[illegible]
quod sacra scriptura no[illegible]
in sui initio hac de[illegible]
probare videtur sed in[illegible]
passibus ubi tractat de[illegible]
stio de loquitur etiam in[illegible]
de hac excellentia virginis
ut in [illegible] supra com
memoratis. Oritur enim [illegible]
stella et consurget [illegible]
Egredietur virga et flos
ascendet. Item [illegible] sum
clara de lumine sed scendens
de Christo intelligitur. Ita cog
nitum dicitur homo natus est
in ea et ipse fundavit eam
Item de Christo. Item de virgine
exponitur quod enim nostri reperitur in
libro canticorum et aliis locis
sacre scripture presertim in an
gelica salutatione. Ita
intentum probare videtur pri
mo quadam singulari de
nominatione que beate virgini
duntaxat attribuitur in sacra
scriptura videlicet quod ipsa est bea
tissima et hoc excellentie
nomine predicat et laudat
eam omnibus suis filiis et fine
prodit ultimo canticorum
hic de nullo namque alio [illegible]
denominatio quod sit beatissi
mus de beata maria vir
gine in sacra scriptura dicitur
Unde quemadmodum supra
commemorabatur sic minima
laus ex ore dei est magni
ponderis. Ista que sunt

Item testis in sapiente

attribuitur virgini et pulli an
nito [?] intelligi favorabi
li ampliacione. Et quoniam
hec non excellentissima
denominacio videlicet quod in sacra
scriptura non scitur quamquam
determinate nec angelus nec homo
forte in ea nec deus dicitur
beatissimus, sed virgo sola
denominatur beatissima
ideo in huiusmodi allegacionibus
communiter sic fuit de mente
omnes allegantis eam bea
tissimam denominare. Et
illa denominacione manifeste
considerare licet quod cum ad
beatitudinem concurrat duo
privacio omnis mali et ad
epcio omnis boni, utique ut
communiter dicitur. Virgo non fuit
beata in sua concepcione
admodum quo tenemus scilicet
statum viatoris et compre
hensoris, cum in ea non fu
it secundum videlicet adepcio omnis
boni. Similiter si nec primum
quod est omnis mali remocio
hominis prout conclusum dicitur
in eo primo instanti sue con
cepcionis habuit culpam que
est summum malum et caruit
gracia dei que est maximum
bonum, quo ergo tunc [?] dicta
quod beatissimam eam predica
verunt virginem et filii sui sa
Salomon ex parte dei nobis
repetitis vicibus pronunciat
Singularis autem et
ab expresso scitatis
et iudicia concepcio
nis beate virginis pri
us commemorata auctore can
tico Tota pulcra es amica

Simile testamentum
Tota pulcra
es

mea et macula non est in te
nec videlicet responsio predictam an
uerso data quod hec intelligit
post purgacionem ab originali
peccato, quia prout stetit in dubia
asseccio catholica iam pro ali
quo tempore esset falsa. Nam in
eo primo instanti sue concep
cionis non pulcra sed deform
turpis et cum macula esse
originalis peccati. Secundo quia
ut immerite prebit hic videndi
modus si admittatur est in
nimis periculosus catholice fi
dei et veritatibus sacre scriptu
Tercio quia prout supra decla
ratum est ad tuendam iniqui
tatem peccati in prelarchica [?]
ubi scriptum manifeste vi
contradicit prohiberemus pre
ipse miraculum et dispensa
re deum in lege quam tra
de mendacio. Similiter et m
quodammodo omnis pro ut falle
a peccato leprosus ac sit vio
lencia sacre scripture hic ubi
deus de matre sua absolu
et sine qualificacione tem
dicit. Una est tota pulcra e
macula non est in ea. N
dendum est etiam decreat
nos limitare hac laude ad
do condicionem temporis et eam
quia sacra scriptura singul
rem commemorat dicendo
est tota pulcra et non macul
la est in ipsa. nos volumus
concludere sub aliorum comm
mencium in aliis sanctis
ut supra commemoratum est

qualescumque investigamus
possibiles glosas ut de
ipsarum potiora innotescere
credantur / Quod ergo facere
decet in laudibus matris dei
ubi scriptura absolute eam
sine macula commemorat
Quarto quia ut declaratum
est non tam scriptura que quandoque
de omnibus loquitur quam illa
que specialiter quandoque de aliquibus
loquuntur attendenda esse dicitur
ut veritas inveniatur Nam
ex communi regula generi
per speciem derogatur sive
ut dicitur prohemio clementinarum (?) sale
limitatur a suo parte ut
In hac autem lectione quia specialiter
et frequenter fit mentio de
beata virgine intuendum est quod
antecedenter ad hanc auctoritatem
et consequenter dicitur Ante
cedenter ad hoc dicitur in persona
christi et virginis Ego flos
campi et lilium convallium
sicut lilium inter spinas
sic amica mea inter filias
Idem dicitur proverbiorum xxxi
Multe filie congregaverunt
divitias / tu supergressa es
universas Ex quo sacra
scriptura hanc dei amicam
non vult comparare aliis
communi mensura Dicit enim
quod ipsa supergressa inter omnes
dei filias est universa
sicut lilium inter spinas /
Unde a primo sui esse odor
bonus gratie non autem
putrido culpe debet intelligi
sic in aliis Consequenter vero
una est columba mea perfecta
mea / Viderunt eam filie et
beatissima predicaverunt regine
que est ista que progreditur
quasi aurora consurgens
pulcra ut luna electa ut sol
terribilis ut castrorum acies
ordinata Ex quo verba au
rora consurgens dicit doctor
in libro quem fecit de virginis
laudibus / aurora id est ori
ginalis culpe terminativa
Et quam decet fieri mentionem
de hiis que antecedunt seu
communiter ad hanc dicitur auc
toritatem / Attendendum quod de
beata virgine iuxta multorum
expositionem doctorum in presen
ti libro Canticorum attribuuntur
plura nomina que evidenter
manifestant in ea esse debere
omnem puritatem et gratiam / et nullam
aut culpabilem maculam vel
turpitudinem Dicitur namque soror
sponsa amica formosa spe
ciosa suavis decora pulcra
dilecta electa perfecta imma
culata pulcerrima carissima
et beatissima Hec autem specialiter
quod sit pulcra quam pulcra et pul
cerrima repetitur ibi plus [illegible]
beate virgini satis ac plenis
sime nobis evidenter declarant
de sanctitate et mundicia sua
in ea sistente absque omni limi
tacione temporis / Decimum ad hoc
dicebatur in tercia allegatione
ex adverso quod predicta auctoritas
ad quam iste alie de eodem libro
referri videntur Tota pulcra
es amica mea et macula
non est in te non tollit intentum

Denominacio beate virginis ex libro Canticorum xv

Replicatio

qua [illegible] nat et macula no
fuit / [illegible] propt̄ orile petin qd
/ sꝫ non ē in te / Re-
[illegible] etiam ꝙ dicta iustes
[illegible] atur pro eccl'ia d'qua
d[illegible] aplus non habens
[illegible] lam nec rugam nec
[illegible] aliquid huiusmodi post sꝫ regene-
[illegible] ationem in xo / ante eñ
[illegible] a erat propt̄ petm hoīs
[illegible] in qd omis trahitur qui
ꝫ ea seminalit̄ ꝑpagantur
Ista responsio quantum ad cō-
sumationem quaꝫ in fine hēbit
de eccl'ia adducit multū ab-
ducit dicendo eam scilicet ipm
matrem etiam ante tempus
passionis x̄ fuisse fedam
Contra hec quia non ē pre-
sentis speculationis nō licet
ex animo sistere Sꝫ memo-
randa fuisset communis doctri-
na sanctorum ꝙ eccl'ia cepit
a primo iusto abel et dura-
bit usqꝫ in finem mundi / ꝙ
eꝫ huiusmodi non malignantium
sed dicitur eccl'ia iustorū Et
qm̄ sit mat̄ omī bonorum
quorum deus pr̄ esse dicit
Nec unquam fuit tempus in
quo mundus fuit absqꝫ bo-
nis viris / Mirandum ē ꝙ
sancti et immaculati filii
dicatur etiam fedam in
matrem hēre / Ad ꝫ dicit
aplus xpm tradidisse seme-
tipm pro eccl'ia
ut exhiberet sibi gloriosam
eccl'iam non habentem macu-
lam vel rugam considera-
dum erit / Verum ut pro
sola eccl'ia que ē post pas-
sionem suam / Verumtamen

pro ea que fuit ante tempus
passionis / Et eñ sunt due
eccl'ie hec et ista non fcialer
quis dicerē considerata cepi
gratie et fidei preter vnita-
te statu vero est aliud Nam
et alius fuit status primitiue
ꝙ moderne eccl'ie / Quotidie
dicitur ꝙ ordo predicatorum mino-
rum aut carthusien bonus
et sanctus sit / Constat tamen
in eisd' multos non sanctos
esse / Eccl'ia aut sup hab e
congregationes comites mi-
tam in se aliam statutem pos-
sidet / quar' ex peccatis hom
indignat non dicitur ut sca
ullo tempore desinat esse / Nam fu-
erit et catholica sic eccl'ia
dicit sancta / Dicen eñ videtur
esse eius prope passiones
Ante assere' etiam sponsam
dei fedam q' nullam aliquam
fuisse non conuenit religiose
doctrine / Dicitur aut et primo
fedam propt̄ peccatum primi
hominis / nunquid post passionem
qui seminalit̄ propagatur
id non contrahunt / Verumtamen
uerum in xo ista conferuntur sin-
gulis per baptismum Sic
aliquis in estimatione dei
ꝙ ante deceptionem patri ou[illegible]
feda dicitur eccl'ia tunc ex fe-
ditate illorum cum ad ipsā
ut actu membra non pertinet
Videtur etiam uerū cad' in
eccl'ia nū temporis militare Contra
ad primam partem solutio-
nis mamte apparet ꝙ respon-
sio videtur non conuenire pro-
posito procedit namqꝫ

ac si pyraretur quia auctas
dicta fuit in vita et post
mortem beate virginis Cuius
innuit quod et si tunc in vita sua
et nunc liceat asserere in ea
non esse maculam quia iam
glorificata in celo nullam
nec etiam in vita sua post
sanctificationem preterquam in primo
momento vite sue maculam
habuit Et ideo quod in auctoritas
et macula non est in te pro
tempore quo dicta fuit scilicet in vita
et post mortem beate virginis
verum dicit Secundo si dicatur
in predicta auctoritate Et macu-
la non fuit in te tunc dare-
intelligi quod ipsa nec pro parte toto
tempore vite sue ita ut in
primo momento maculam ha-
buit quia negacio adiuncta
verbo preterito negat omne tempus
antecedens Sicut si dicimus
iste non est leprosus non ne-
gamus quod non unquam sit sed
non negamus quod fuit Sed
aut dicamus non fuit signi-
ficamus quod nunquam aliquo
tempore lepra in ipso fuerit
Ad hoc ergo responsio predicta vi-
detur significacione de premissa auc-
toritate et macula non est
in te Quod autem prefata solu-
cio non satisfaciat maxime
quia Constat enim hanc auctoritatem
dictam fuisse a Salomone
qui precessit tempus concepcio-
nis beate virginis plusquam
per octo C annos Quo ergo
nunc referendo se quasi ad pre-
teritam actionem posset dici

et macula non [illegible]
Non enim fuerat ipsa [illegible]
virgo in qua fuisse [illegible]
opponitur Et [illegible]
probat ut est commune in
dicta quod licet prophecia [illegible]
futuris tamen propter [illegible]
tudinem sermo propheticus [illegible]
de preterito ut denotet [illegible]
impossibile est preteritum non
esse preteritum Ita aliud [illegible]
quo loquitur eciam si fu-
turum propter certitudinem [illegible]
debet reputari tanquam si e[illegible]
preteritum Ad hec manifesta
est responsio quod et si de fu-
turis rebus prophete aliqui aliquando
fuerant loquti per verbum pre-
teriti temporis tamen hoc est in pau-
cioribus Et constat quod cap-
ciatur que dicuntur pro verbum
futuri Cum deus in suis
testimoniis deficere non possit
habent infallibilem certitudinem Si
si solum ea que dicuntur per verbum
preteriti temporis intelligentur habere
certitudinem et non alia fides
nostra multum periclitaretur
licet omittere que dicitur sub
verbo futuri de christo Ysaie vii
ix xvi xxxv xlv lv lx
lxii lxv lxv lxvi Et ita in
multis libris aliorum pro-
phetarum Cum enim dicat
Ieremias xxiii de christo quod sapiens
erit in futuro nec dicitur
fuit in preterito quod licet ne di-
minuere a veritate sapiencie
aliquo tempore vite sue asserere
est hic religiose fidei non
convenire De beatissima
autem virgine quod dicitur in futuro

Et concupiscet rex decorem
tuum / Ecce virgo concipiet
vel mulier circumdabit vi-
rum non ideo minus veritatem
dicit intelligi / Ecce enim notissi-
mum est quod verbum divinum
sive per modum preteriti temporis
presentis vel futuri dicatur videlicet
habet in se certitudinem veritatis
Unde si in ista auctoritate dicitur
Tota es pulcra amica
mea et macula non erit in
te Cum deus affirmet
quod macula non erit futura
in beata virgine matre sua ali-
quid quod nos debemus li-
mitare temporis / Ecce de christo
scribitur ysaie xlii iudicium
gentibus proferet / non cla-
mabit nec accipiet personam
non erit tristis nec turbulen-
tus / poterimus ne ad hoc
tempore limitare dicendo quod verum
est pro tempore isto sed non pro
illo Ergo verum est dicere
quod ista auctoritas etiam si fuisset
pronunciata per verbum futuri
temporis satis perfecte ostenderet
de beata virgine nunquam in
ea futuram maculam esse
Cum loquens per modum pre-
sentis permanenciam et con-
tinuam inexistenciam dicit
ideo hic quod in presenti dicatur multo
efficacius doctrine huius pro-
batur intentum videlicet quod beata
virgo semper fuit tota pulcra
absque culpabili macula
Attento maxime quod totiens
de ipsa in libro predicto hoc
verbum quod fuit quam pulcra
et pulcerima mulierum
frequentissime replicatur

Attento etiam quod cum in canti-
co a christo virgini sponse dica-
tur tu pulcra es amica
mea / et ipsa econtra dicit spon-
so christo Ecce tu pulcer es di-
lecte mi / quod christo similiter licet
glosare in christo tempus pul-
critudinis Ecce enim in eodem
cantico canticorum a spiritu sancto
nobis revelata fuit unani-
mi sermone significando ne-
pulcritudinem christi et virginis
ymmo quia in eodem libro
decies et plus replicatur de
virgine verbum pulcritudinis
Decies autem non nisi semel
tasse in hoc spiritus sanctus
providere voluit Ecce quam
sciebat futuram dubitatione
esse ut totiens iterata repe-
ticione pulcritudinis diceret
nos intelligere debere in
beata virgine sponsa et ma-
tre dei resplenduisse sem-
per omnem pulcritudinem gracie
a nullo aut peccati turpitudine
nec per momentum temporis in ea
unquam fuisse / Attento
similiter quod cum pulcritudo et
macula opponatur si hec au-
toritas intelligi debet de co-
pulam pulcritudinem per gra-
dacionem ut opponitur ab ori-
gine sufficeret in ea dicere pulcra
es amica mea sed spiritus
sanctus addidit dicens To-
ta pulcra es / et ne ali-
quod dubium remaneret expressit
statim et macula non est in
te / Premissis itaque considera-
tis separatim quod cum de re fu-
tura deus refecta loquitur

quantum est ad veritatis firmitatem
non naturaliter ex dicta modorum
verbi responsio iam / quod si auctor
hec dixisset macula non fuit
/ tamen quia dicit non est non con-
cludit eandem efficaciam sit intuenti
quibus patet exponenti namque constitui
verbum Salomonis esse propheti-
cam de futura pulcritudine
beate virginis Et quoniam loquitur
per verbum presentis temporis sed dicta
prophecia est potius quod per verbum fu-
turi datur intelligi hinc dicit
pulcritudinem absque macula
fore debere eius in esse Est
est qualitas absolute que non
refertur ad determinacionem temporis
dicitur quod de ipsa beate virginis loquitur
in statu seu clavis et tamquam
de persona speciali ante suam
nativitatem ac pro singularissi-
ma excellencia et per modum
laudis De talique persona cui
omnis humana impar est laus
Et de qua tamquam de futura
matre redemptoris eciam futura
ac salvatorum fuit fides iam
presignata et confirmata temporibus
intellectis (Item constat quod sub
verbo presenti temporis de ipsa dicitur
proverbiorum ultimo et canticorum
quod filii et filie sue lauda-
verunt eam et beatissimam
predicaverunt (Item quod vir suus
laudavit eam (Itaque iam
oppositi non quod per verbum presen-
ti temporis de sua laude vel
beatitudine sancta scriptura non
fuit loquuta / et ut per hec intel-
ligatur quod predicta dictio omni
tempore influerit eius Conceditur
aut quod non minus attestentur

immunitatem cum a peccato
hec duo videlicet laus et beati-
tudo quam pulcritudo / non enim
stant simul proprie [illegible]
tum cuilibet peccato / De [illegible]
per modum presentis [illegible]
supra inducte auctoritatis
fundavit eam altissimus
/ sanctificavit tabernaculum
Et Dominus possedit me in
inicio viarum suarum /
ex hiis iam manifeste patet
et in beatissima virgine
perficitur tanta formositas
speciositas suavitas decor
pulcritudo ac perfectio / de quibus
in predicto libro in tantum lau-
datur quod denominatur bona
sponsa amica electa di-
lecta pulcherrima carissima
et beatissima / et sic talis qua-
lis describitur / et per consequens
sine macula fuisse et esse
dicatur non sufficit quemad-
modum sepe e contrario reperitur
purificatio per contractum ori-
ginalis peccati Nam sic ab asserentibus
contraria dicta redarguendo
illud dictum de macula
Est verum est dicere quod ob-
iecti sine macula fuit ante
thronum Dei Apocalipsis xiiii Verum
est eciam quod quondam fuit in hoc
mundo et habuit graciam similiter
dicitur esse absque aliqua
macula Quod ergo tamquam
singularissimum et excelle-
tissimum sue laudis proprium
hic de beata virgine totiens
replicatur quantum ad hanc
pulcritudinem / si prout e con-
trario glosatur aliquid non intel-
ligitur nisi hic quod mater Dei
in isto mundo et in celo

quod esse sine
macula per
remissionem
est commune multi-
bus sanctis

non debuit esse peccati. Hec
laus competit mille milibus
sanctorum qui de hac vita
per innocencie ad beatitudi-
nem transeunt. Unde potuit
hec dici in communi laude
sed de aliis. Ecce deus in
ve[teri] tes[tamento] instituit sacerdotes
et animalia que offerentur
sibi in sacrificium et holo-
caustum absque ulla macu-
la esse omnino. Quid igitur
sancte matrem dei cuius mi-
sterium illa significabat ac
de ipsius pulcritudine futu-
ra tociens adeo verificatum
fuit, potuit sive decuit a
culpabili feditate et turpi
macula maculare vitam sua.
Item quod hec puritas absque
omni macula debent intel-
ligi in beata virgine videlicet
esse de intencione hec
assumencium. Exponendo
namque de ipsa quod scribitur
Canticorum iii "Que est ista
que ascendit per desertum
sicut virgula fumi ex aro-
matibus mirre et thuris"
dicit sic in mirra continenciam
in thure devocionem intel-
lige. Tamen enim virginibus ce-
cedam sumpta maculas
ade non admisit, sed sin-
gularis continencie puritate
in candorem lucis eterne con-
versa est. In hac auctoritate
satis possit notari contra
illud quod opponitur beate virgi-
nem fuisse in ea concupiscen-
tiam et fomitem usque ad
tempus sancte sanctificacionis. De
hoc in sermone Nativitatis
virginis qui incipit fe

eiusdem virginitatis puritas s-
quod humanitas in maria
non modo pura ab omni
contaminacione sed et puri-
singularitate nature. Ecclesia
merito dei ad puritatis eius
ciam auctis. Quod ecclesia
in officio canit sancti fe-
omnes ac quicunque alii do-
ctores communiter opponunt hanc
auctoritatem de beata virgine.
Cum ergo auctoritas hec non vo-
luntate humana sed spiritu sancto
inspirante fuit dicta tam-
quam prophecia de hac beata
virgine, et si sit dixisse
deus "Tota es pulcra
amica mea et macula non
erit in te" quia negat omne
tempus futurum. Ostenditur di-
cit macula pro nunc unquam
tempore eam deberet contingere.
Hoc autem quia dicitur in presenti
preterito tempore. Et ut patet et hec ut
communiter dicitur cum aliquid asse-
ritur magis determinate cog-
noscitur veritas. Iuxta commu-
nem maximam, "Omne quod est quando
est esse licet." Studiosius inve-
nitur quod contraria assercio fit
conformis nec repugnans hu-
ic passui sacre scripture. Ecce
tamen hic asseritur nullam ma-
culam unquam futuram in
beata virgine. Qui autem dicit
eam fuisse in originali peccato con-
ceptam manifestum est quod asserit
in ea fuisse aliquam macu-
lam. Stantibus ergo istis
in veritate quod auctoritas hec
fuit prophecia de futuro quod ne-
gat omne tempore quod nullus

de circumstanciis ad predictam
auctoritatem et macula non
est in te

ad literam de beata virgine
et ipsa iam in mundo fuit ac
de ipsius persona et gestis in
que sancta et laudabilia
fuit in sacro canone non repe-
ritur quod quia non reperitur de
expressa qualificatione huius
temporis in toto Canone
biblie / nec aliquo miraculo
vel diuina reuelatione constat
vel in hystoria autentica aut
ex necessitate eciam in religio-
ne xpiana seu ex speciali ex-
pressa determinacione ecclesie
aut communi approbacione et pro-
fessione ipsius seu fidelium
[illegible]tur aut nec per dicta
qualificationes temporis demonstrari
euidencia racionis etiam
innixa fidei / quo stabit quod
sacra scriptura in sensu vero litterali
non sit falsa / si aduersa
positio dicatur esse vera / re-
sultat quod positio uel intelli-
gencia huius doctrine de sancta
et immaculata conceptione
beate virginis / potius quam ad-
uersa positio sit verisimilior
uel conformior intencioni sa-
cre scripture / tam in isto quam
in aliis passibus ubi non
[illegible] sed singularis mencio
fit de laude pulchritudine bea-
titudine et plenitudine gracie
sanctificatione uel sanctitate beate
virginis / fidelis quilibet ad hec
racionaliter aduertere potest [illegible]
aut quarto affirmatiue pre-
missa quod sic se habeant
manifestum est intuentibus
Cum enim auctor sit dicta a

Salomone qui [illegible] precessit
natiuitatem beate [illegible] virginis
multo ante tempore [illegible] ipsa
intelligitur Cum non loquatur
de suo presenti aut preterito [illegible]
dum est esse prophetia de
futuro / quod intelligatur ad lit-
teram de beata virgine [illegible]
genti ecclesia officia ins[illegible]
ad laudem eius sermo[illegible]
et omelias sanctorum ac [illegible]
aliorum expositiones docto-
rum super libro Canticorum / de
hoc non est aliquod dubium
quod beata virgo fuit hec ex
catholica fide iam ex mil-
le quadringentis triginta
sex annis virum genuisse re-
demptorem Hec aut particula
fuit addita Nam sic dicat
in textu nostro de antixpo quod erit
homo peccati et filius perdicionis
antequam ipse sit hec scriptura
stat in veritate Si aut possum
verum sit dicere cum fuisse
aliquis asserat quod antixpus non
fuit homo peccati et non filius per-
dicionis / si alia scriptura li-
mitans istam contrarium ad hoc
non detur uel aliquid expressi-
ssime manifeste huiusmodi asser-
cio repugnare diceretur predicte
auctoritati apostoli Sic ergo licet non
fuisset beata virgo scriptura hec
stabat in veritate / Nunc
aut cum iam fuit et sacra
scriptura asserit quod erat futura
sine macula dicere eam fuis-
se / sed cum macula non vi-
detur passui sacre scripture as-
sercio predicta in ipsa ponens
maculam concordare Ergo
dico de ipsa pronunciata fuerit

a spiritu sancto quod erat futura
et quod erat futura tota pul-
cra in ea sistente macula
Nec dicendum erit quod hec
singularis propositio limi-
tatur per illam universalem
Omnes in adam peccaverunt
Non enim est de natura uni-
versalis propositionis limitare par-
ticularem que loquitur in casu
speciali expresso. Sed ego ut iam
dictum est declaratum. Item non
dicitur quod debet limitari, quia
et si per modum gracie fu-
erit de ipsa prophetatum et
predictum, tamen gesta ipsi-
us demonstrant quod non sit
tam favorabiliter intelligendum
sicut de Salomone. Dicat
negatio absque limitatione
quacumque posita ante verbum
negat omne tempus cui con-
iungitur, reputatur maxima
propositione nota cum dicitur illud
non fuit, intelligitur quod numquam
fuit, quia si est assignare
tempus in quo dicatur aliquid
fuisse iam non est verum as-
serere quod non fuit. Ita simi-
liter est, cum de futuro dici-
tur non erit intelligitur quod n-
umquam erit. Secus autem esset
si diceretur cum modificatio-
ne ut non erit tale, vel
in hoc aut illo mense, tunc
iuxta qualificationem addi-
tam oportet intelligi nega-
tivam. Nunc ergo, quia hic
dixit deus ad beatam virginem
absolute et absque aliqua
modificatione quod tota erit
pulcra hec amica sua et
macula non erit in ea. Cum
sit hec prophetia de futuro

ante tempus conceptionis ipsius
semper verum fuit hoc dicere
asserere et credere. Unde sic
absolute loquendo a tempore Sa-
lomonis usque ad conceptionem
virginis fuit verum dicere quod ma-
cula non erit in virgine, post
suam vero conceptionem si
ita est ut asserunt quod contraxit
originale peccatum immediate fuit
ac hodie est et semper verum
erit dicere quod macula fuit in
virgine. Nunc autem loquendo
de hoc duplici tempore contin-
gentium sunt hec duo ma-
cula numquam erit in virgine
et macula aliquando fuit in vir-
gine, manifestum est quod ista duo
contradicunt. Nam si verum est
dicere quod macula fuit in virgine
ergo cum contraxerit maculam
falsum fuit dicere quod macula
numquam erit in virgine. Nec
obstat si dicatur quod non fuit con-
tradictio non contradicunt ...
hec n. facile reperitur quod propheta
Salomon hoc dixit prophetice
tempore ante conceptionem virginis
petentes utrum sit verum
quod aliquando esset futura macu-
lam et si dicitur quod non ha-
bet propositum. Si dicatur
quod sit, tunc ergo dictum Salo-
monis non fuit verum dicendo
quod macula non erit in ea. Et
cum duo manifeste opponuntur
macula non erit in hac virgine
et macula erit in hac virgine
stat ergo deductio vacantis in
hac verbi oppositione ante
conceptionem huius beate
virginis de qua sermo est

Aut fuit vera hec proposicio
absolute loquendo macula
non est in ea / et sic habetur
intentum quod nunquam habuit
aliquam maculam originalem / si fuit
falsa hec proposicio macu-
la non est in ea / ergo fuit vera
sua contraria macula erit in ea
Et sic conuincitur eum sepe
dicta auctore fuisse scriptura
reuelata ante suam concep-
cionem / Tota pulcra es
amica mea et macula non
est in te / que cum sit prophetia
de futuro tantum stat ac
si dicatur Tota erit pulcra
amica mea et macula non
erit in ea / Macula non est
in hac amica dei et macu-
la erit in hac amica dei / at-
tendatur verum sit vera
contradictio / ad hec respondere
potest primo / cum macula non
vnico sed multipliciter dicatur
stat hec simul quod macula
originalis culpe fuit in ea / et tamen
nunquam in ipsa fuit multiplex
alia macula / velut si liceret
exemplificare de maculis
corporis leui xxi quod non fuit
ceca vel clauda nec paruo
vel grandi et torto naso /
nec fracto pede vel manu
nec gibba vel lippa seu albu-
ginem habens in oculo nec
iugem scabiem ac impetigi-
nem habens in corpore / has
enim omnes maculas aduersa
posicio confitebitur non fuisse
in beata virgine sed non sic de
macula originalis culpe / Vel
vt propinquius accedamus

ad responsionem consequenter
ipsius / dicit non fuisse in
beata virgine maculam mor-
talis et venialis culpe
bene maculam originalis peccati
responsio non sufficit
Constat enim quod in quocumque
est macula aliqua non est
pulcritudo tota / hec namque di-
cuntur opposita inuicem
quod dicatur beata virgo tota
pulcra intelligendum est non
vel illam maculam solum
ab ea excludi sed vniuersaliter
maculam omnem que oppo-
site detrahit turpitudinem
ut integra siue tota non sit
Et ex hoc patet quod exemplifica-
cio sua de mortali et veni-
ali peccato non sufficit ad ple-
nam intelligenciam huius
passus / Si enim dicat quod quia
veniale peccatum est macula
ideo in ipsa non ponitur Cum
multo maior ut supra declaratum
est sit macula sit originale
peccatum quam veniale / sacra scriptura
intendit hec potius excludere
Secundo ponderandum est quod cum
premissum de tota pulcritudine
futura in beata virgine ad-
didit et macula non est in te

Secundo ad predicta res- | De alijs iiijor
pondere potest dicendo | ex sacris vij
quod prefata duo non contra-
dicunt quia diuersitas temporis sal-
uat contradictionem / Stat enim
hec duo simul vera esse /
macula erit in virgine in pre-
instanti siue in exordio vite

sue / et macula non erit in ea
in continuacione vite sue nec
post mortem / ad tollendum hanc
responsionem dictum fuit sta
tim supius / quod ultra illa
quatuor affirmative posita
videlicet quod hec auctoritas fuit prophecia
de futuro quod de beata virgi
ne ad literam intelligitur quod
ipsa iam in mundo fuit, et
negacio negat omne tempus
sequentis alia quatuor eciam
sunt vera / videlicet quod de quali
ficacione huius temporis faciendo
etiam de exordio vite ad
continuacionem non reperitur
in sacro canone biblie nec
de hoc constat miraculo aut
revelacione divina / nec habetur
in historia autentica cui
de necessitate debeat credi
nec in aliqua expressa de
terminacione ecclesie vel expres
sa fidelium communi approba
cione seu professione / hec
autem quatuor ita esse arguit
diuturnitas temporis Nam cum iam
a ccc fere annis super hac
questione tam urgentis et
continue disceptatum sit / po
tuit de hoc investigari / ad
versa tamen posicio confite
tur quod pro sua parte non est ex
pressa auctoritas sacre scripture
nec determinacio ecclesie / sed
quod ex illis arguendo eliciat sua
opinio de miraculo autem et
revelacione non expedit mul
ta dicere nisi in favorem
huius doctrine adversa enim
nec de hoc usque hodie ut asseritur
presumpsit dicere / de communi
eciam approbacione vel professione

ecclesie seu fidelium non licet
multa dicere Nam adversa
posicio confitetur quod maior pars
fidelium credit esse veram
hanc doctrinam de sancta
concepcione beate virginis / Et
vero ultimo dicebatur de ta
li qualificacionem temporis nec appro
bari posse evidencia racio
nis / hic fundat se in suppo
sicione posicionis adverse / Dicit
enim quasi de hoc defendo
quod in hac distinccione magister
in initio dicit auctoribus quam racio
nibus hic ergo remanet pre
missa deduccio in suo vigore
quod cum prophetatum fuit ma
culam non esse futuram
in beata virgine ergo in ea nunquam
macula fuit / tenet quod uterque
Luce xxi / potius est celum et
terram transire quam verbum divi
num preterire a veritate Unde
quemadmodum iam dictum est
de verbo preteriti temporis Ita et nunc
de futuro dicitur / quod si admitteretur
vel minima qualificacio temporis
que ex sacra scriptura vel hiis
que sunt fidei speciali deduccione
haberi non potest / esset maxime pericu
losum fidei quia facile esset dicere
dicere contra omnes catholicas veri
tates ut si dicatur quod antichristus non
erit scilicet in isto mense non peribit
unquam scilicet in isto anno Ita de
die iudicii et resurreccione ac
omnibus aliis futuris Nam enim est
propositio que non falsificetur a veri
ficacione aliquo addito vel dimi
nuto ut homo est lapis negative
homo non est aliquis asinus / hic ergo cum
sacra scriptura dicat macula

non erit in hac virgine si ad
mittatur hec qualificatio
adversae positionis quam ut
dictum est non probat aucto-
ritas videlicet post sanctificationem
ita dicitur quod nullus praedestina-
tus habebit maculam scilicet post
glorificationem quia licet enim veri-
ficat dictum prout allegat
Augustinus quod nemo mundus a
sorde nec infans unius diei
tamen dicere quod sanctus baptista
natus fuit in sorde peccati
manifeste militat contra
veritatem sacrae scripturae et
intentionem ecclesiae celebrantis
ipsius nativitatem et ratio est
quia sparsit de ipso fuit dic-
tum ab angelo Lucae i et spiritu
sancto replebitur adhuc ex utero
matris suae unde hec sin-
gularis laus limitat id co-
mune obprobrium omnium hominum
item cum dictum sit de eodem
vinum et siceram non bibet
asserere quod aliquando bibit vinum
manifeste est falsum et tamen
si admittatur qualificatio temporis
potest verificari quia aliquando
bibit videlicet non in infantia sed
in pueritia vel iuventute ita
similiter destruetur hec ecce
virgo concipiet scilicet in primo anno
non tamen in duodecimo
sed ex hac tamen auctoritate
si in novo testamento non tam clare
repiatur scriptum quod peperit
virgo tamen quia prophetatum
erat et pariet hinc est quod
contra favorabili hac amplia-
tione considerando prout in textu

Maria debet intelligi [illegible] non
solum quod concepit et [illegible]
virgo sed quod virgo [illegible]
partum ad quod tamen [illegible]
posita significatione [illegible]
non extenditur hinc [illegible]
auctem et macula [illegible]
in te adversa positio [illegible]
favorabili ampliatione [illegible]
considerat sed contra [illegible]
sue significationis [illegible]
addendo duplicem quali[illegible]
tionem temporis scilicet et macula
quia dicat intelligendum
esse de mortali et veniali
sed non de originali macula et
de toto tempore vite ipsius sed
non de primo momento Sic
aut omnes auctoritates que lo-
quuntur de Christo per verbum futuri
temporis si admittatur limitatio
penitus destruuntur fortasse adhuc Contra maculam re
potest textus respondere allegando sponsionem ad dicta
quod scriptura non dicit macula sanctorum
non erit in te sed macula non
est in te propositio autem cum verbo p-
sentis temporis ad sui verifica-
tionem non requirit continuam
permanentiam veritatis sed sufficit
ad significatum ipsius veritas
unius momenti ex parte temporis
cum dicimus iste moritur legit
vel praedicat item iste est sanus
vel eger et similia Si sic
ffitt praedicte imponat aucti
tuc oportebit dare tempus in
quo verum sit dicere quod macula non
fuit in beata virgine et per inde
si illud verbum non dicit continu-
am permanentiam veritatis
sed solum pro uno tempus in quo
verificatur et si ut extenditur
debeat intelligi non favorabili

sed stricta significatione termino-
rum tunc erit dicendum quod beata
virgo fuit absque macula
pro aliquo tempore, sed quod ante
vel post semper sub macu-
la fuit. non sic autem videtur
esse de intentione sacre scriptu-
re que dixit futuram esse
totam pulcram absque ulla
macula. Certe contra omnia
hec adducta ex libro Canticorum
potest etiam arguendo dici
quod quia ut communiter liber iste
quantum ad significata termi-
norum consuevit exponi de
ecclesia vel anima sancta vel
de beata virgine. Cum ibi dicitur
et macula non est in te dicat
carentiam omnis peccati tunc
ergo nulla anima cui hec
scripta attribuuntur contraxit
originale peccatum. Responsio
est in limine. Non enim de
quavis anima vel pro quo-
cumque tempore sed de anima sancta
et duntaxat quando est in gratia
si fideles de necessitate sa-
lutis tenentur crede(re) contra-
rie assercioni Nam tamen
diutine eccl(es)ia non obstetit
huic de sancta concepcione
beate virginis credulitati
quam scit fuisse et crebre
scit (con)tinuo in maiori parte
fidelium Unde hiis septe(m)
suo stantib(us) in vigore ad
argumenta p(ro) adverso spe-
cialia quecumq(ue) integra
fiducia respondere potest
Sic in p(re)missis actum e(st)
q(uan)tum ad generalia pre-
maxime q(uan)tum ad id
tante apparencie de excep-
tiva dictione Et cetera
Explicit allegacio sexta

Incipit Allegatio
Sexta decima (?) Septima et Ultima



Ostensa iam in superioribus quadrupliciter via probacionis huius doctrine de sancta conceptione beate virginis scilicet ex racionum euidencia sctorum doctrina pietate fidei antiquorum et modernorum patrum et sacre scripture multiplici testimonio facta eciam responsione ad argutam quamvis impugnanciam restat nunc respondere ad specialia in contrarium adductas racio[n]es et auctoritates quibus aduersa pars multum innititur Et licet iam in declaracione quarundam ex supra dictis pro propositionibus responsum fuit ad principalia fortasse ex dictis plus vel saltem apta fuit via ad tamen quoniam ut dictum est ad specialia specialiter descendere oportet

Ideo singillatim sequendo ordinem suum primo introductum respondendum restat

Conclusio aduerse posicionis

Posuit namque in principio suarum allegacionum pro conclusione quam dixit fundamentalem quod beata virgo

Cx auctoritates sacre scripture contra inducte cum auctoritatibus doctorum super eisdem

et gloriosa Maria in peccato originali concepta fuit / quemadmodum et ceteri qui ex adam carnali origine propagantur Cum in hac conclusione pateat de quo frequenter supra dicebatur quod aduersa posicio quantum ad suam personalem concepcionem maiorem estimacionem non facit de beata virgine matre dei quam de aliquo quocumque homine / sed equali mensura eam omnibus aliis hominibus comparat Ad hanc autem conclusionem probandum duxit nouem auctoritates sacre scripture et super hiis ac per se quasdam sanctorum et aliorum doctorum auctoritates et raciones /

Pro inductione vero auctoritatum preambule racionando dixit sic Omne id quod ex auctoritatibus sacre scripture clare concluditur firma fide est tenendum / quia conclusioni est assentiendum propter principia et utrumque adherendum est Sed beatam virginem esse conceptam in originali peccato concluditur efficaciter ex auctoritatibus sacre scripture / ergo etc. / probatur minor multipliciter / Primo Ro iii Iusticia dei est per fidem iesu christi in omnes et super omnes qui credunt in eum Non enim est distinctio Omnes enim peccauerunt et egent gloriam dei Iustificati gratis per graciam ipsius per redemptionem que est in christo iesu quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iusticie sue et sequitur

post pauca ut sit ipse iustus
et iustificans Christum aucte
arguebatur dupliciter primo quia
omnes homines qui credunt
aut crediderunt in xpm pecca-
uerunt et beata virgo credidit
in xpm luce primo beata que cre-
didisti Quod dicit constare
ex apostolo dicente Non est distinctio
illorum scilicet qui credunt omnes
enim peccauerunt Secundo quia
omnes iustificati per christum
peccauerunt. Remisit namque eis
peccauerunt / et sequitur immediate
iustificati Sed beata virgo
iustificata fuit ergo peccauit
non peccato actuali ergo originali
Super hac aucte allegabatur
augustinus in libro de gestis pelagian-
is blasfemijs ex peccato
prothoplausti omnes trahi-
mus non morum imitatione
sed seminis conceptione et
peccatum eius non solum ipsum
sed omne nocuit genus hu-
manum Cum eius dam-
nacione simul et culpam
sustepimus. quod vas elec-
cionis probauit cum dicit Non
enim est distinctio Iudei et
Greci omnes peccauerunt
et egent gloria dei dicendo
omnem nullum excepit hic
Et ex hoc dicebatur quod omne
genus humanum suscepit
dampnacionem et culpam
/ ergo similiter beata virgo que
est de genere humano
Item augustinus in de natura et gratia
quicumque non putant pertinere
ad homines hos qui pecca-
uerunt et egent gloria dei / pro-
fecto nullam necessitatem habet ut

christiani fiant / quia non est
opus sanis medicus sed
male habentibus / unde non
uenit ihesus vocare iustos sed pec-
catores / ex quo arguebatur
hominem fuisse in omnibus qui
habuit necessitatem ut chri-
stiana fieret Secunda aucte
Ro v per vnum hominem
in hunc mundum peccatum
intrauit et per peccatum mors
Et ita in omnes homines
mors pertransijt in quo omnes
peccauerant Ex qua argue-
batur quod cum sit omnes ho-
mines ab adam carnaliter pro-
pagati in peccato ipsius pecca-
uerunt / ergo et beata virgo ab
adam carnaliter propagata
peccat. et consequenter originale
peccatum contraxit. Fuit etiam
allegata super hec doctrina
augustini in enchiridion c xxviii
qui de adam dicit sic hic
post peccatum exul effectus stir-
pem quoque suam qua pec-
cando in se tamquam in radice
viciauerat pena mortis
et dampnacionis obstrinxit
/ vt quicquid prolis ponit et sit
dampnata per qua peccauit
coniuge per carnalem concu-
piscenciam in qua inobediencie
pena simul retributa est
nasceretur. traheret originale peccatum
Et sic per vnum hominem
peccatum intrauit in mundum et
per peccatum mors. Ita et in omnes
homines mors pertransijt in quo
omnes peccauerunt. Adam quip-
pe appellauit eo loco apostolus
vniuersum genus humanum

Ex isto dicebatur beata virgi
nem contraxisse peccatum quia
venisset per concupiscenciam
carnalem Et quia in vni
uersum genus humanum
peccatum intrauit hoc est in stir
pem suam carnaliter propa
gatam ad quam beatissi
ma virgo pertinet ut ab ali
quibus concedit. Tercia auc
toritas est ibid. Sicut per vnius
hominis delictum in omnes
homines in condempnacionem
processum sit. supple: sic
et per vnius iusticiam in
omnes homines in condempna
cionem vite Ex hoc arguc
batur omnes per christi
iusticiam iustificati per delic
tum ade fuerunt condem
nati / et beata virgo est iusti
ficata / ergo aliquando con
dempnata non alia con
dempnacione quam originalis peccati
/ et maiorem dicto constancior
predictis. et ex eo quod subdit
vbi habundauit delictum
habundauit et gracia / ut sic
regnat peccatum in morte ita
et gracia regnat per iusticiam
in vitam eternam Super
hoc allegauit augustinus ad optatum
de ordine anime dicentem
Illud enim vbi uel maxi
me fides christiana consistit
quod per hominem mors et
per hominem resurreccio mortuo
rum. Sicut enim in adam
omnes moriuntur / et per
vnum hominem peccatum intra
uit in mundum etc. Et se
quitur Et si qua alia testimo
nia declarat neminem
nasci ex adam nisi vinculo
delicti et condempnacionis
obstrictum. neminemque inde
liberari nisi renascatur per
christum / tam inculcasse debere
tenere ut sciamus eum qui
hoc negauit nullos ad christi
fidem et ad eam que per eum
datur pusillis et magnis
dei graciam pertinere Ex hiis
arguit nemo contrahit ex adam
actiue uel seminaliter nisi
vinculo delicti et condem
nacionis obstrictus. sed virgo
nata est ex adam actiue
ergo etc. Quarta auctoritas est
gal. iii conclusit scriptura
omnia sub peccato ut promis
sio ex fide ihesu christi daretur
credentibus. ex qua arguit
quod omnes preter christum / et sic
virginem conclusit sub peccato
Dicit enim preceptum ..... in
textu quod dicit ut promissio etc.
inducens glo. brevis conclusit
id est ostendit omnes homines
conclusos esse sub peccato Non
enim est lex data ut peccatum
auferret sed ut sub peccato omnes
ostenderet Quinta auctoritas est
mat. ix Non est opus valen
tibus medicus sed male
habentibus Et tamen christus fuit
medicus necessarius virgini
aliquando infirma fuit non alia
infirmitate quam peccati originalis /
Allegat de hoc augustinum in tercio
... fidelis sermo et omni
acceptacione dignus dicentem
Qui dicit ego non sum peccator
vel non fui ingratus est sal
uatori Nullus homo in illa
que fluit ab adam massa
mortali Nullus omnino homo

non egrotus, nullus sine
gratia Christi sanus. Nemo
nobis insinuet doctrinas alie-
nas et falsas. Hec ecclesia semper
habuit et tenuit hec maio-
rum fide percepit, hec usque
ad finem perseverant custo-
dit, quoniam non est opus sanis
medicus sed egrotantibus.
Ex hoc arguit quod si virgo ali-
quando non peccavit fuit ingra-
ta salvatori. Item quia
omnis homo egrotus peccato sive
Sexta auctoritas Luce xix. Venit
filius hominis querere et sal-
vum facere quod perierat. Et
quia venit ad salvandam
matrem suam ergo perierat
super quo allegavit glo(sa) ordinaria
que dicit et quid me dampnant
si vestitus peccatores, tamen enim
procul est a me odium pec-
catorum cum eorum causa
advenerim. Nam medicus
veni non invideo ob hoc corrupta
sum languentium pacior
quod fetorem ut prestem sanitatem.
Septima auctoritas prima ad Thi(moteum) primo
fidelis sermo et omni accep-
tacione dignus, quia Ihesus
Christus venit in hunc mundum
peccatores salvos facere sed
venit salvare matrem suam
ergo peccavit non alio quam peccato
originali. Octava auctoritas prima ad
Thi(moteum) ii. Unus enim deus unus
est mediator dei et hominum
homo Christus Ihesus qui dedit re-
demptionem semetipsum omnibus.
Ex hac arguit omnis redemp-
tus fuit per eum in servitute
sed virgo fuit redempta ergo fu-
it in servitute originalis peccati.

Induxit etiam glo(sam) ordinariam que
dicit super hoc nullum excipit
qui velit sed ut dicit virgo
voluit ergo redempta fuit.
Nona auctoritas ii Cor v. Caritas
Christi urget nos existiman-
tes hoc quoniam si unus pro omnibus
mortuus est ergo omnes mortui
sunt, et pro omnibus mortuus
est Christus ut et qui vivunt iam
non sibi vivant sed ei qui
pro ipsis mortuus est et resur-
rexit. Ex hoc sic arguit pro
quocumque Christus mortuus est mor-
te corporali ipse mortuus est
morte spirituali, ergo et virgo
pro qua Christus mortuus est mor-
tua fuit morte spirituali in-
alia quam peccato originali, quia ut
dicit non potest intelligi de mor-
te corporali. Super hoc deducit
doctrinam Augustini libro vi contra
pelagianum qui de duabus
auctoritatibus apostoli videlicet de predicta
et Ro v. Commendat autem
deus caritatem suam in nobis
quoniam cum adhuc peccatores esse-
mus Christus pro nobis mortuus est.
Ex quibus probat contra ipsum
Iulianum omnes parvulos trahe-
re originale peccatum, allegando quod
Christus non nisi pro peccatoribus
mortuus est propter illa verba
apostoli. Si unus pro omnibus
mortuus est ergo omnes mortui
sunt. Etiam pro parvulis mor-
tuus sit, ergo negare non pot-
terit Iulianus parvulos contra-
here originale peccatum. Ex quo arguit
quod beata virgo sit mortua in originali
peccato. Item pro mortuis pecca-
toribus Christus mortuus sit. Item
quia pro solis peccatoribus

orile hic augustinus etiam si longe
adduxit non longe ponitur
quia ut ipse dicat in duobus
dubiis tantum ad suum propo-
situm vero tota consistit ista
est relacio argumentacionis prin-
cipalis pro opposito. De ix me-
diis racionum pro adversa ad
probandum suum intentum
Perierunt autem adducte ex
P alie auctoritates sancto-
rum et determinaciones
aliorum doctorum quo-
rum ut dixit apostolus erit dica-
... ita quorum vita et doctrina ve-
rum approbata et vita nec
doctrina vel neutrum horum
auctores adducuntur sub scola
... probacionis per medium
racionum et conformiter ad
medium suum allegacionis
auctorum inducuntur. Sub nove
racio nisi adversa namque
posicio nititur probare virgi-
nem fuisse conceptam in
originali peccato quia fuit con-
cepta in libidine quia dicta
est habere carnem peccati, quia pur-
gata decimata et sanctifica-
ta, quia habuit fomitem
et concupiscenciam, quia mor-
tua quia redempta quia ad
privilegium est constituta quia
comprehensa sub univer-
salitate hominum, quia in ma-
peccati, quia solum facta re-
peritur excepcio. Primo igitur
tractatur de libidine. Libi-
do enim ut multis videtur est
quoddam medium transfusionis
originalis peccati tam necessarium
et immediatum quod ubi ipsa
intervenerit ille conceptus non
potest esse absque originali peccato
... apparet esse doctrina
augustini in libro de fide ad pe-

Ubi sic dicit licet caro et
et omnium hominum unius eiusdemque
est nature sint, hec tamen
qua deus verbum ex maria
virgine sibi unire dignatus
est sine peccato suscepta, sine
peccato nata est, utpote secundum quam
deus eternus et iustus miseri-
cordie et conceptus et natus
est. Reliquorum vero omnium homi-
num carnem per humanum coitum
est nasci contingit viro se-
minante femina vero con-
cipiente et pariente. Et quia
dum sibi mulierem vir in
miscentur ut filios generet
sine libidine non est parentum
concubitus. Ideo filiorum
ex eorum carne nascencium
non potest sine peccato esse concep-
tus. Ubi peccatum in parvulos
non transmittit propagacio
sed libido. Nec fecunditas nature
humane facit homines cum
peccato nasci sed feditas libidinis
quam homines habent ex illius
primi iustissima condempna-
cione peccati. Ideo beatus david
genitus de legittimo matrimonio
iustorumque natus coniugio in
quo scilicet nec infidelitatis culpa
nec fornicacionis macula po-
terit inveniri, propter originale ta-
men quod nature obsistit super filios
ire non solum impiorum
filii sed omnes etiam qui de
iustorum sanctificata carne
nascuntur clamat et dicit
Ecce in iniquitatibus conceptus
sum et in peccatis concepit me
mater mea. Sanctus etiam
Job dicit nullum non esse
a sorde hominem nec si unius

dici sit vita eius superbag
Ex hoc medio pro adversa
posicione efficacissimum dici
tuum argumentum Et cum
beata virgo concepta non fuit
absque libidine parentum
Etiam si parentes fuerint
sancti ergo ipsa sine concepta
fuit in originali peccato / Unde multi
doctores reddentes causam quare
christus non contraxit originale peccatum
dicunt ideo fuisse quia conceptus
suus fuit absque libidine que
contingit in seminum commixtione
Hec enim ut dicunt est via per
quam originale peccatum transit
a generacione in generacionem
Et firmat augustinus in eodem libro
de fide ad petrum et sic Concep-
tus est novo more deus mag-
natus in matre virgine sine
coitu viri sine libidine conci-
pientis virginis / ut per deum
hominem quem absque libidine
conceptum inviolatum edidit
virginis uterus abluetur peccatum
quod nascentes trahunt omnes
homines quibus in corpore mor-
tis huius talis est nascendi
condicio / ut matres eorum fe-
cunditatis opus implere non
possint nisi prius virginitatem
carnis amiserit / Solus igitur
abstulit peccatum concepcionis
atque nativitatis humane dei
unigenitus qui dum totaliter
veritatem carnis accepit ex
virgine Etiam nascendo inte-
gritatem virginitatis servavit
in matre Ergo arguit quod cum
beata anna mater beate virginis
non fuit virgo in concipiendo
ipsam et pariendo / ergo ipsa

contraxit originale peccatum
Prima ad hoc fuit allegata
doctrina augustini in libro de fide
ad petrum firmissime tene
et nullatenus dubites
hominem qui per concubitum
viri mulierisque conceptus
cum originali peccato nasci iniquitati
subditum mortique
subiectum / et ab hac necessario
ire nasci filium de qua dicit
apostolus Eramus et nos filii
ire sicut et ceteri a qua
nullus liberatur nisi per fidem
mediatoris dei et hominum
hominis iesu christi qui sine pec-
cato conceptus sine peccato
natus sine peccato mortuus
peccatum pro nobis id est sacrificium
factus est pro peccatis nostris
In veteri quippe testamento
peccata dicebantur sacrificia
que pro peccatis offerebantur
et in quibus fuit significatus
christus quia ipse est agnus
dei qui tollit peccata mundi
Super hec allegavit venerabilis
doctor opiniones Canonistarum
et nominat Raymundum
Iohannem theutonicum Archidiaconum
hostiensem Innocencium
Iohannem andree et Speculato-
rem Secundum medium
est de carne peccati Dicit enim
carnem ~~peccati~~ virginis fuisse
carnem peccati / quod aliter
dici non posset nisi racione
peccati originalis quod ipsa in suo
conceptu traxit Nam licet
habuit mortalitatem et
alias multas penalitates
non tamen fuisse in eo dic-
ta caro peccati sed similitudo carnis peccati

Secundum medium de carne peccati

Aug9 in lio ij de baptismo
pvulorum solus ille homo
factus manens deus petin
non habuit nec assumsit car-
nem peti quis de matria
carne peti. Item lio decimo
sup Gen ad litam non erit
quis ut per illius hominis
inobedienciam cetus ipse
pctor costituar / per cuius vnius
obedienciam ab eo reatu
liberati iusti costituunt multi
Et quid coquinatius illo vtero
virginis cuius caro etiam si
de peti ppagacione venit
non tamen de peti propa-
gine concepit / nec ipsum qd
corpus q ea lex seuit in vte-
ro Marie que in membris
posita corporis mortis repu-
gnat legi mentis quam
sancti spus coniugati non
quis quousque nisi licebat eo
impetum protulerit Hec
aufuit sic in omnibus carnem
que de peti propagacione
venit ea lex seuit que in
membris posita corporis mortis
repugnat legi mentis
et quit petm orle. Cum
dicatur lex membrorum
Et caro virginis de peti pro-
pagacione venit / ergo in ea
fuit petm orile. Ita aug9
in eod. proinde corpus
cuius ex carne femine assu-
tum est / que de ea carnis
propagine concepta fuerat
tamen quia in ea non sit con-
ceptum e / quo fuerat ia
concepta nec ipsa erat caro
peti sed similitudo carnis
peccati. Non enim accepit inde
reatum moriendi qui apa-
ret in motu carnis non

voluntario cuius voluntate
superando aduersus que spus
concupiscit. sed accepit inde
id quod Stagiom puarica-
cionis sed soluende inde debite
morti et ostendende promisse
resurreccioni sufficit quorum
vnum nobis ad non timendum
alterum ad sperandum valeret
Hec dt clarissime habere
suam intencionem quia dicit
aug9 qp xpc non accepit in
utero virginis reatum mori-
endi qui aparet in motu
carnis / quia ut dt. talis rea-
tus moriendi propter dicatur
petm orile. et hinc dt fuisse
in virgine. Vnde ex hoc colliut
qp iam dcit sed pur maria
et vera infallabili qp in oibz
vtilibus ppombus aug9 de
matia orilis peti / etiam si
de ea non faciat mencionem
b. virginem intelligendum
est inclusam ee. Item in
eod aug9 Cum enim sit in
semine et visibilis corpulea
et invisibilis racio vtrumque
cucurrit ex habraam vel ex
ex ipso Adam usque ad corpus
Marie / quia et ipsa eo mo
concepta et exorta est. xpc
aut visibilem carnis substanciam
de carne virginis assumsit
Racio uo concepcionis eius
non a semine viri sed longe
alit ac desuper venit. Item
in eod aug9 cuius nullius ho-
minis anima sit in lumbis
pris sui secundum carnem. tamen
in lumbis abrahe dicimus
costitutum leui decimatum
et ibi costitutum secundum carnem

pm non decimatum secundum ra-
cionem quippe illam semina-
lem ibi fuit levi qua racione
per concubitum venturus erat
in matrem secundum quam maria
non ibi erat per quamvis secundum
ipsam ibi fuit marie caro.
Item augustinus in libro secundo contra
Iulianum quid est quod laboras
magnis argumentis pervenire
ad impietatis obruptum / ut per
caro quia de maria nata
est cum virginis caro sit ce-
terorum hominum quod adam fuit a
propagata nichil distet a car-
ne peccati et sine ulla distinc-
cione apostolus dixisse credatur
eum fuisse missum in simili-
tudinem carnis peccati. ymmo
potius instas ut vera sit caro
peccati ne hec sit. Quid est ergo
similitudo carnis peccati si vera
est caro peccati Sed hanc apostoli
sinam me non intellexisse
dixisti / nec eam tamen expo-
suisti ut te docente noscamus
quod aliqua res possit esse similis
rei que non est. Est si demen-
tis est dicere et sine dubio
caro christi non est caro peccati
sed similis carni peccati / quid
restat ut intelligamus nisi
ea excepta omnem reliquam
humanam carnem esse
peccati Et hinc apparet illam
concupiscenciam per quam christus conci-
pi noluit fecisse in genere
humano propaginem mali
Quia habuit corpus quamvis
inde venerit tamen eam non
traxit in corpus quod inde
concepit Ceterum corpus
per inde dictum esse in simi-
litudinem carnis peccati
quia omnis alia hominum
caro peccati est Hec augustinus Et
ad declarandum quid intel-
ligatur per carnem peccati
fuit allegata doctrina augustini
in libro de baptismo parvulorum
Et habetur in volumine
decreti. et dicit sic / per
baptismum id agitur ut
caro peccati euacuetur. Sed
non sic euacuatur ut in carne
concupiscencia non sit innata sed
ne obsit. Nam si post ad ra-
cionalem etatem pervenerint
ibi huic cum qua pugnent
causa adiuvante domino
superent si non gratiam in va-
cuum susceperunt Nam nec
adultis id prestatur in baptismo
nisi forte ineffabili miraculo dei ut
lex peccati repugnans legi
mentis penitus extinguatur
et non sit / sed ut quicquid ab
homine dictum factum co-
gitatum est cum eidem concu-
piscencie mente subiecta ser-
viret totum aboleatur et
quasi factum non sit habeatur
Item augustinus ps xxxiiii
Ego autem cum mihi molesti es-
sent induebar cilicio Ci-
licium inquit fortasse
appellat carnis sue morta-
litatem quam accepit per simi-
litudinem carnis peccati Apostolus
enim dicit misit deus filium
suum in similitudinem car-
nis peccati ut de peccato damna-
ret peccatum in carne hoc est fi-
lium suum induit cilicio ut
de cilicio damnaret hedos
non quia peccatum erat non
dico in verbo dei sed nec

ipsa quod cum anima sancta et mente hominis que sibi ad unitatem persone verbum dei et sapientia coaptaverat. Sed nec in ipso corpore peccatum ullum erat. Nam nisi mortale esset non moreretur si non moreretur non resurgeret si non resurgeret exemplum vite eterne nobis non demonstraretur. Ergo sic dicitur mors peccatum que facta est peccato quomodo dicitur lingua greca lingua latina non ipsum membrum carnis sed quod fit per membrum carnis. Nam lingua in membris nostris unum est sicut oculi nasus aures etc. Lingua autem greca verba facta sunt non quia verba lingua sed quia verba per linguam. Dicis de aliquo agnovi faciem ipsius de membro corporis loqueris. Dicis ergo agnovi manum ipsius absentis non manum in corpore sed scripturam que est per manum facta que erat in corpore. Sic ergo peccatum domini quod factum est de peccato quia inde carnem assumpsit de massa ipsa que mortem meruerat de peccato. Et ut celerius dicam Maria ex Adam propter peccatum ade. Adam mortuus est propter peccatum, et caro domini ex Maria mortua est propter delenda peccata. Hoc pallio induit se dominus, et ideo non est cognitus quia sub pallio latebat. Hec sunt omnes augustini auctoritates allegate contradicentes in quibus mencio fit de beata

Tercium medium racione purgacionis decimacionis et sanctificacionis

virgine in materia originalis peccati. Et plurium evidencia et precipue constare opinionem suam. Tercium medium probacionis de concepcione beate virginis in peccato originali quod contra adversarii inducitur est racione purificacionis decimacionis et sanctificacionis. Dicunt enim quod purgacio presupponit immundiciam, quoniam id quod est mundum non est purgandum. Nunc de Maria autem legitur purgatam fuisse a spiritu sancto, ergo sic necesse est dicere aliquam immundiciam fuisse sed non immundicia actualis peccati ergo originalis. Allegando doctrinam leonis in sermone de Nativitate domini. Sine virili semine editus est ex virgine quam non humanus coitus sed spiritus sanctus fecundavit. Et cum in omnibus matribus non fiat sine peccati sorde concepcio hec inde purgacionem traxit unde concepit. Quo enim paterni seminis transfusio non pervenit peccati se illic origo non miscuit. Specialiter autem ad probacionem huius allegatus fuit textus magistri sentenciarum in tercio distinctione iij c. j. Ubi sic dicitur queritur quoque de carne verbi an priusquam conciperetur obligata fuit peccato et qualiter talis assumpta fuit a verbo. Sane dici potest et credi oportet iuxta sanctorum attestaciones convenienciam ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliqua virginis caro sed spiritus sancti operacione mundatam ita ut ab omni contagione immunis uniretur

verbo pena tamen non necessitate
sed voluntate assumentis remanente
Mariam quoque totam
spiritus sanctus in eam perveniens
a peccato prorsus purgavit et
a fomite peccati etiam liberavit
vel fomitem ipsum penitus
evacuando ut quibusdam placet
vel sic extenuando et debilitando
et ei postmodum peccandi
occasio nullatenus competit
Item 2o dicam post consensum
autem virginis spiritus sanctus supervenit
in ipsam secundum verbum domini
quod dixit angelus purgans ipsam
et potencia divinitatis
verbi receptivam preparans simul
aut generativam Item Augustinus
co[ntra] hereticum ex spiritu fit quod ante
diximus carnem ibi simul
conceptam et assumptam eam
denique inmo totam virginem
spiritu sancto superveniente ab omni labe
peccati castificatam cui collata
est potencia more novo generandi
Ut sine coitu viri sine libidine
concipientis in utero virginis
celebraretur conceptus dei et
hominis Ex hiis duobus dictis
et argumentis premissis patet non solum
quod petebatur de purgacione
sed etiam de fomite
et concupiscentia quod erat tertium medium
Quia si in virgine fuerunt
fomes et concupiscentia ergo
ut dicebatur originalis culpa
Item hic tertium medium fundatur
in racione decimacionis Ipsa
enim virgo fuit decimata in lumbis
Abrahe sicut et Levi unde
Augustinus super Genesim Sic Adam peccante
qui in lumbis eius erat
peccaverunt Sic Abraham dante

decimas qui in lumbis eius
erat decimati sunt Unde non
sequitur in xo. Licet in lumbis
Ade et Abrahe fuit quia
non secundum concupiscentiam
carnis inde descendit Cum
ergo Levi et xc secundum carnem
esset in lumbis Abrahe
quando decimatus est Adeo tamen
pariter decimati non sunt
quia secundum aliquem modum
non erat ibi xc quo erat ibi
Levi secundum illam quippe seminalem
fuit ibi Levi qua racione
per concubitum venturus
erat in matrem secundum quam racionem
non ibi erat caro xc
quamvis secundum ipsam fuit ibi caro
eius caro Ille ergo decimatus
est in Abraham qui sic fuit
in lumbis Abrahe sicut ipse
fuit in lumbis patris sui
qui sic natus est de patre Abraham
Sicut ipse de suo patre natus
est scilicet per legem carnis
et vilem concupiscentiam Sicut
ad hoc fuit allegata doctrina
Gregorii super Ezechielem omnes
viri dicentes quid enim lumborum
nomine nisi propago mortalitatis
exprimitur propter quod
eciam de Levi dicitur quod adhuc
in lumbis patris erat cum ei Melchisedech
occurrit Abrahe
de lumbis vero Abrahe ergo
Maria genuit in cuius utero
unigenitus patris per spiritum incarnari
dignatus est Ex hoc
arguit dicendo quod propago
mortis sumitur pro vicio originali
peccati Item arguebat racione
sanctificacionis Constat enim quod
Maria sanctificata fuit ut supra

allegatum est quod sanctificavit
tabernaculum suum altissimus
Et quia secundum doctores sanctitas est
libera ab omni immundicia in
maculata mundicia et per consequens
sequitur quod Maria aliquando
sub immundicia fuit. Cum de
racione sanctitatis sit liberacio
ab immundicia. Sic dicimus
quod illud quod resurgit aliquando
mortuum fuit quia resurrec-
cio est illius quod per mortem
cecidit sicut reparacio surrectio. Et
ex hoc aliqui doctores dicunt
quod in Maria duplex fuit sancti-
ficacio. Prima in utero matris
quando mundata fuit ab originali.
Alia in concepcione actiua
filii quia propter plenitudinem
gracie in illa sanctificacione
fuit in ipsa totaliter extinctus
fomes ita ut non posset am-
plius peccare mortaliter nec ve-
nialiter. In prima autem fuit li-
gatus fomes ne eam tra-
heret ad peccandum quemad-
modum in aliis hominibus vel
quod in prima sanctificacione fuit
purgacio a malo inquantum
respicit personam. In secunda
vero inquantum respicit naturam.
De hac sanctificacione et pur-
gacione fuit allegata doc-
trina Bernardi in sermone assump-
cionis. Contrarium [illegible] et
incipit. Hic in hoc in loco for-
te [illegible] quisque requiret.
Cur in [illegible] lectio-
ne [illegible] prorsus Lazari [illegible]
cio fiat arbitror sine
ne id quod a [illegible] filius
dissidere. Originalem etenim
dominum intelligens spiritus
sanctus silvit non magis sine
penitenciam que malum
utrique committatur. Absit enim

[margin: contra fomitem sive fontem a gratia]

[margin: contra mortem et de morte et aliis penalitatibus]

ut propter quemque inquinamenti
dominus hec aliquando fuisse
credatur ut in ea proinde scrip-
ta Lazari querretur quod si ori-
ginalem a parentibus macu-
lam traxit. Sed vel magis a ce-
teris sanctificatam a non
magis a deo spiritu sancto reple-
tam credere prohibet preclara
gracia. Habet enim festus laudi-
bus nascens honoratur. Po-
stremo cum omnino confiteor ab
originali contagio sola gracia
mundatam esse Mariam. Et
sicut omnino pium est credere pro-
pterea Maria delictum non ha-
buit. Quantum medium
est de fomite et concupiscen-
cia dicitur enim quod cum ista fuerit
in virgine veraciter post suam sanctifi-
cacionem in utero usque ad con-
cepcionem filii dei quod eiusdem
testimonium est fuisse in ea
peccatum originale. Nam fomes et
concupiscencia dicuntur esse quedam
passiones peccati originalis. Ergo
posito peccato originali remoto omni
alio posito ponitur et eo remo-
to posito omni alio posito non
ponitur. Sic dicitur de utilitate
et quantitate. Et autem ista
fuerint in virgine probatur per
supradicta auctoritate Damasceni et
magistri sententiarum. Quantum me-
dium de morte et penalita-
tibus multis que fuerunt in
virgine quia cum ista fuerunt
in virgine dicebatur processisse in
ea peccatum originale non sic autem
in Christo quia ipse eas volun-
tarie assumpsit quod nullus
de virgine asserit. Et ad proba-
cionem huius fuit adducta glossa
Damasceni super de eo c. per baptismum

q quadruplex e pena origi.lis
pcti excludit damnat a celesti
spectaculo dampnat et causa e
mortis temporalis et impotentia
resistendi viciis. Dicitur etiam
ad hec quod si bta virgo
fuisset mortua ante passione
x q ipsa non intrasset padi-
sum quamuis caruisset visione
diuine glie. Tertium me- xj mem e d' redemptore
dium e cui prout dictum
e multum innititur assertio
contraria e de redemptione
Dicit enim q quia xpc fuit
vniuersalis redemptor oportet
intelligi etiam ipsam re-
demptam fuisse. Et quia re-
demptio e liberatio a seruitu-
te quam quis incurrit sequitur
q maria fuit aliquando sub ser-
uitute pcti. Nam ab hac
seruitute pcti xpc nos redemit.
Ad probationem cuius fuit al-
legata doctrina augni in li
de pfectione iustitie dicentis
Quisquis ergo fuisse vel esse
in hac vita aliquem hoiem
vel aliquos homines putat
excepto vno mediatore dei
et hom quibus non fuit ne-
cessaria remissio pctorum
contrarius e diuine scripture
Vbi aplus ait per vnum
hominem pctm intrauit in mundum
et per pctm mors. Itam
omnes homines mors ptransiit
in quo omnes peccauerunt. Et
necesse est ut impia contentione
asserat esse posse homines
qui sine mediatore xo libe-
rante atque saluante sint liberi
saluique a pcto. Item re dixit
Non e opus sanis medicus

sed male habentibus. Non
veni vocare iustos sed pec-
catores. Item doctrina sancti
Tho in opere contra gentiles
c xxiiij in determinatione
qua Concilij sic habetur
Sequimur per omnia sctos
patres et doctores eccle atha-
nasium. Hilarium. Basi-
lium Gregorium. Theolo-
gum. Nisseum. Ambro-
sium. Augustinum. Theo-
filum. Iohannem. Con-
stantinopolitanum. Ciril-
lum. Leonem. proculum
et suscipimus omnia que
de recta fide et condemna-
tione hereticorum exposuerunt
dicentes omnes homines
nasci cum pcto origli. Ex quo
infert q ex quo augs et
alij quos ipse ibi allegat
de pcto origli contra pelagia-
nos exposuerunt dicentes
omnes homines nasci cum
pcto origli. Cum bta virgo
fuit homo ergo contraxit
o pctm. Item hec q pro inco-
parabili arto super materia
redemptionis q presupponat
seruitutem pcti allegauit doc-
trinam augni in ep ad op-
tatum epm de origine ani-
me dicit enim sic Nam ut iam
verbis vtar que de ipsa epla
beatissimi antistitis zozomi
leguntur Fidelis dominus
in verbis suis eiusdemque bapti-
smus re ac verbis id e opere
confessione et remissione pec-
catorum in omni sexu etate
et conditione omnibus humani
generis plenitudinem tenens
Nullus enim nisi qui pcti

hanc est liber effectus, ne re-
dentus dici potest nisi qui ve-
re per peccatum fuit ante captiuus
sed septimum est si filius vos
liberauit vere liberi eritis
per ipsum enim renascimur spiritualiter
per ipsum crucifigimur mundo ip-
sius morte mortis ab adam
omnibus nobis introducte atque
transmisse vinculu anime illud
propagatione contractum cyro-
graphum rumpimus quo nullus
omnino natorum antequam per
baptismum liberetur non tene-
atur obnoxius In hiis enim verbis
apostolice sedis tam antiqua
atque fundata certa et clara est
catholica fides ut nephas sit
de illa dubitare Item
supra fuit allegata epistola Bernardi
ad Innocencium papam contra
Petrum Abelardi qui dicit Christum
non venisse in carnem ad
liberacionem humani generis

Septimum medium de impeccabilitate virginis ad Christum

Septimum medium est pro
contraria assercione de impecca-
bilitate virginis ad Christum filium
suum quia esto quod potuit
preseruari ne peccatum originale
contraxerit tamen nullatenus
hoc decuit quia iustum erat
Christum conferri debere eidem in aliqua
prerogatiua priuilegii et hec
est prerogatiua Christi quod cum
ipse redemerit omnes redimendos
a peccato ipse solus absque peccato
venit in mundum Accedunt
eciam quia ex hoc prouoca-
retur Christo contra sic hono-
rantes eam Nam quanto am-
plius vir extollit filium quam se
et hoc esset quasi contumeliam
quandam facere sibi dicendo
honorem priorem suam in hoc
casu participari Tum nullo
dubitet iustum esse persuasionem
creaturam honorari debere
creatorem Et ex hoc dicebat
Bernardus quod regia virgo regia falso
honore non indiget quia re-
gine honor iudicium diligit Sicut
per hoc quod medio et deliberacio-
ne fuit allegata epistola Bernardi
ad Canonicos Lugdunenses et
in totum lecta que doctrina
sanctis apostolis prius et in totum con-
firmavit contrariam assercionem
Et quia contrarie habet hic ut
insistitur prout inducta fuit supra
in responsionibus que ex illa
hunc doctrine contrariari dicuntur
allegabuntur

Octavum medium e racione veritatis

Octavum medium
e racione veritatis Est enim
contraria assercio nimis confi-
dit ac sepe reperit Et cum
determinatum sit omnes prolos
contrahere peccatum originale et virgo
puella fuit ergo contraxit Di-
cendum quod hic tenet ex regula
infallibili sanctorum scolastica-
rum quia dicitur quod si uniuersalis
est vera seu catholica negacio
eius sua particularis sub-
alterna erit vera seu catho-
lica et dicitur quod per hunc modum
loquendo conclusio sua funda-
mentalis est iam determinata per
ecclesiam et eam tamquam catho-
licam defendere tenentur omnes
fideles Exemplificat de ista sic
omnis homo vite baptisatus
plenam consequitur et omnium suorum
peccatorum remissionem ista
est determinata ergo et ista aliquis
baptisatus plenam consequitur
et remissionem omnium suorum pecca-
torum quod infert negacio contraria vel

in forma silogisata cuius mi-
nori quia ponit quod sit bapti
satus parvulus aut dicat quod sua
conclusio non reperitur declarata
quia non complicate nec in premis
sis. Ad probandum autem
hanc veritatem adducit plura
sanctorum originalia doctorum
Et specialiter placuit de conse-
cracione dis. iiii et est concilii mile-
tani. placuit ut quicumque parvulos
recentes ab uteris matrum
baptisandos negat aut dicit in
remissionem peccatorum eos bap-
tisari. sed nichil ex adam
trahere originalis peccati quod la-
vacro regeneracionis expietur
unde sit consequens ut in eis
forma baptismatis in remis-
sionem peccatorum non vera
sed falsa intelligatur ana-
thema sit. Quoniam non aliter
intelligendum est quod ait apostolus
per unum hominem peccatum intra-
vit in mundum et per peccatum
mors. et ita in omnes homines
pertransiit in quo omnes peccave-
runt. nisi quemadmodum ecclesia
catholica ubique diffusa semper
intellexit per hanc regulam
fidei et parvuli qui nichil pec-
catorum in semetipsos adhuc
committere potuerunt. Ideo in
peccatorum remissione veraciter
baptisantur ut in eis regene-
racione mundetur quod genera-
cione traxerunt. Item leonis
pape in sermone nativitatis
domini. Dominus noster peccati
mortisque destructor sicut nul-
lum a reatu liberum reperit. Ita
pro liberandis omnibus

venit. Idem in sermone vii
nativitatis domini. In tantis
quam quibus contra unum solum
fuit remedium quod posset
subvenire prostratis. Si
aliquis filiorum adam ori-
ginalis prevaricacionis alienus
atque innocens nasceretur qui
ceteris exemplo prodesset et
merito. Sed quia hoc naturali
generacio non sinebat nec po-
terat viciate radicis sine
semine propago esse. De qua
scriptura dicit. Quis potest
facere mundum de immundo
conceptum semine nisi tu qui
solus es. Dominus david factus
est filius david. et de pro-
missionis germine fructu proles
orta sine vicio in unius persone
gemina coeunte natura ut eodem
conceptu eodemque partu gigne-
retur dominus ihesus christus. cui
et vera inesset deitas ad
miracula operum et vera
humanitas ad tollerandum
passionum. Item ambro-
sius super lucam. omnes in adam mo-
riuntur. quia per unum ho-
minem peccatum intravit in mundum
et per peccatum mors et ita in
omnes homines pertransiit in quo omnes
peccaverunt. ergo culpa mors
omnium est. Item Crisosto-
mus. adam peccavit et grande
peccatum et omne genus humanum
in commune dampnat. Item
Augustinus in quo ceterus deus ho-
minem ... licet ipsa causa hominis
concepcio sit nuda et absque
peccato carnalis delectacionis

virgo tamen ipsa unde assumpta
est in iniquitatibus concepta
est et in peccatis concepit eam
mater eius et o peccato nata
est quoniam ipsa in adam peccavit
in quo omnes peccaverunt Et licet
dictum istud sit Basso discipu-
li sui tamen ex adverso inducitur
quod hec sit de intencione augustini
ex pluribus dictis in eodem c. et
xvi Et in de concepcione virginali
c. xvij Item sanctus thomas in plu-
ribus libris suis Item aliorum
quorundam doctorum quorum
nec vita nec doctrina est approba-
ta Nonum medium proba-
cionis ex adverso est de excep-
tiva dictione allegando quod
in nullo peccatum reperitur solum
de christo et non de virgine facta
excepto hoc medium fuit supra
allegatum inter generalia aucto-
ritates aut speciales referuntur
auctores super hec exposite inducte
ambrosius super lucam dicit solus ex
natis de femina sanctus dominus
ihesus qui terrene contagia cor-
ruptele immaculati partus
novitate non sensit et celesti
magestati depellit Item augustinus
de natura et gratia cum alios
quociens in scripturis invenimus
homines dictos esse sine quere-
la non tamen invenitur qui
sit dictus sine peccato nisi unus
solus de quo aperte dictum est
eum qui non noverat peccatum
Et alibi expertus est omnia pro
similitudinem absque peccato in
carne que habebat simili-
tudinem carnis peccati quamvis
non esset caro peccati quam tamen
similitudinem non haberet nisi
cetera esset caro peccati
Ex hoc conversa posicio dt

x membrum est de dictione exceptiva

ex absque ulla tergiversatione ut
evasione sequitur virginem esse
conceptam in peccato originali
si preter carnem christi omnis alia
est caro peccati Item Gregorius in xi
moralium beatus Job incarna-
cionem intuitus redemptoris
solum vidit in mundo hominem
de inmundo semine esse concep-
tum qui sic in mundum venit
ex virgine ut nichil haberet
de inmunda concepcione Nec
enim de viro et muliere sed
de spiritu sancto et maria virgine
processit solus quoque in carne
sua inmundus extitit qui delec-
tacione carnis tangi non potuit
quia nec per carnalem hanc
delectacionem venit Item
leo in v. sermone Nativitatis
domini nisi in eorum creature re-
creator ipse descenderet et
vetustatem humanam ad no-
vum principium sua nativitate
revocaret repugnaret mors
ab adam et super omnes eodem
nexu insolubilis permaneret
Cum de sola condicione nascen-
di una cunctis esset causa pereundi
Solus itaque inter filios homi-
num ihesus innocens natus est
quia solus sine carnalis concu-
piscencie pollucione conceptus fuit
ex homine non generis ut nos
divine nature possimus esse con-
sortes Hec sunt communiter omnes
auctoritates sanctorum per quas confirm-
am de qua in responsionibus men-
cio fiet inducte ex adverso in
materia peccati Sed alique reperiuntur
que satis longe fuerunt exten-
sum in ista recitacione fuerunt
abreviate Quedam autem

alia testimonia fuerunt adduc-
ta super ista redemcionis.
Et quia putatur sufficere ad
responsionem que iam premis-
sa fuerunt in recitacione sistat.

De responsione ad auctoritates sacre scripture et premitti unum irrefragabile dictum

Quemadmodum argu-
mentandi duplex
assignatus est ordo
distinctus. Ita et conformiter
respondendum erit. Et pro
evidencia responsionum huius-
modi arguendi videlicet ad auctoritates
sacre scripture premittit unum
satis notabile ymmo irrefraga-
bile dictum, quod sic sacra scrip-
tura pro sui concordia et sa-
na intelligencia in passi-
bus ambiguis libenter admit-
tit qualemlibet racionabilem distinc-
cionem. Ita et adversa po-
sicio merito dicit in hac materia
de sancta concepcione beate
virginis. Constat namque quod in
sacra scriptura multe auctoritates
reperiuntur inter quas prima facie
videtur repugnancia esse. Et
quia auctor sacre scripture spiritus
sanctus sibi ipsi non potuit
esse contrarius, ut omnis appa-
rens contrarietas procul habeatur
multiplex assignatur intellectus.
Et quantum tangit ad presens spe-
cificatur quod admittit distinc-
cionem quadruplicem, videlicet in
dicta / temporis / officii / persone / et
disposicionis. De singulis bre-
vium licet allegare vel unum
exemplum dicitur in Regum
viii. et ii paralipomenon v. quod in ar-
cha testamenti nichil aliud erat

nisi due thabule lapidee quas
posuerat in ea Moyses in
oreb. Apostolus vero ad hebreos ix quod in
eadem archa erat virga aurea urna
habens manna, virga aaron
que fronduerat, et thabule
testamenti. Ecce aperta contra-
diccio, oportet ergo intelligi dif-
ferenciam ~~temporis~~ esse ex temporis
videlicet quod adhuc tempore Salomonis
non erat in archa nisi ta-
bule testamenti prout manda-
tum fuit in ea custodiri Exo
xxv. Postea autem quia etiam
mandatum fuit custodiri
in tabernaculo testimonii
duo videlicet virgam aaron et man-
na Exo xvi et numeri xvii in
sequenti tempore potuit contin-
gere quod intra archam illa
duo posita fuerunt. Et ita
hec due auctoritates concordant
ad invicem assignata diversitate
temporis, ut non dicatur eodem sed tempore
diverso loquantur Salomon
et apostolus paulus. Secundo de
persone vel aliarum singula-
rium condicionum per quam una
ab alia discerni potest. Et quia
de una eademque persona nec de
una officium potest contenditur
ad qualitatem vel similitudi-
nem officii. Et de hiis duo-
bus facit nobis noticiam Sal-
vatoris doctrina. Cum enim
ut dicitur Jo primo interrogatus
fuisset Johannes bapti-
sta de se ipso quis esset dicentibus
Helias es tu respondit non
sum. propheta es tu respon-
dit non. Salvator tamen

Adhuc ei hec duo affirmauit
de ipso dicens et plusque pro
Dicit ipse est helias quia
venturus esset / primum autem
verificatur quia propheta dicebat
dicipulis vel antecessor .i. propha
quidam de quo credebatur
per Iudeos quod esset quidam
magnus propheta ventu
rus ante messiam et de
quo habetur de vt° xvij
et sic Io negauit se prophetam
talem qualem ipsum esti
mabat iudei esse / vel di
cebatur communiter pro quolibet vi
dente qui a deo suscipiebat
reuelaciones Et isto modo
saluator dixit eum plusquam
prophetam quia quod alii spiritualiter
ipse eciam corporaliter demon
strauit In 2° erat maior
repugnancia quia helias
non est nisi vnus persona
et Iohannes negauit se
sunt asseruit eum heliam
esse / ne tamen scriptura
paciatur calumniam reci
pit hanc intelligenciam
quod licet non esset helias in
persona erat tamen in simili
tudine videlicet in austeritate
vite constancia doctrine et
auctoritate officii sic dicimus
de vno ad simili paulus
est iste Symon in maliciis di
cimus iste est nero Ex
quo nedum in vniuersali
proposicione copulata ad par
ticularem / sed de singula
rissimo significato indi
uisibili nichilominus scriptura
sacra patitur intelligenciam
extendendo nomine persone
ad dignitatem officii vel

similitudinem vite Vnde
et si simpliciter verum esset
dicere quod Io baptista non esset
helias tamen vicibile vnius vel
plurium condicionum que inter
eos similes repiebantur vim
recipit denominacionem alterius
Certo eciam sacra scriptura
recipit intelligenciam ut id
quod dicit actum de omni signo
ibi referatur non ad actum
sed habitualem disposicionem
illius et preteriti vel futuri / et
de hoc modo intelligendi sacra
scriptura plena est dicit pro
omnes omnes declinauerunt simul
inutiles facti sunt etc que
aucte ad literam videtur omnes
comprehendere sub peccato actua
li Constat tamen in inuenti
contineri sacri canonis
multos in eo vocari bonos
et innocentes / Ergo vtrumque
eorum habeat intelligi illa
vniuersalis non de actu ma
lo sed de habituali siue ne
cessaria disposicione et incli
nacione nature corrupte ad
illud Ita eciam intelligi
illa Ego dixi in excessu
meo omnis homo mendax
quantum enim est ex pietate ne
communiter omnibus sed talis est. Et Is
et id ipsa liber omnes nos
quasi oues errauimus vnusquisque
in viam suam declinauit
Ita hic modus respondendi
habetur iam in ecclesia pro veri
tate fidei catholice ut in supra
allegata decretali Cum adi

tiij dicta Archiepiscopo Cantu-
arie que incipit maioris ecclesie
causas de baptismo et eius ef-
fectu in volumine Tu vero nunc
dicitur duo primo quod auctores sa-
cre scripture que loquuntur quod per
caritatem vel penitenciam fit
remissio peccatorum quia nec
in paruulis potest esse prima vel
consensus Vnde etiam in illis pre-
dicta vel peccata esse qui peccato
tamen actuali tenentur predictas
auctores ad vnum sive intelligen-
das esse tantum de adultis Quod
quia saluator dixit Qui cre-
diderit et baptizatus fuerit
saluus erit etc. / qui vero
non crediderit condempnabitur
Cum non possint credere
paruuli sed adulti Et quod dicit
tota auctoritas intelligenda est
de adultis ne ad alios prima
et ad adultos secunda etiam refe-
ratur / quamuis non nulli con-
cedant quod paruulus credat non per
vsum sed per habitum fidei
quem suscepit in baptismo
Et alia multa verba
secundum communem vsum loquendi
non ad actum sed ad apti-
tudinem referuntur Quod ma-
nifeste constat ex determinacio-
ne ipse que hic habetur pro
causa Affirmacione / et ponitur
tanquam regula generalis
quod multa in sacra scriptura
etiam si videantur dicere
actum pro habenda ipsorum
vera intelligencia debent
referri non ad actum sed
ad aptitudinem Vnde ha-

bemus quod iste modus sol-
uendi est valde auctenticus
quia non solum in sacra
scriptura vsitatus sed per
Augustinum quod sit conueniens est
approbatus Ergo ista regula
sic declarata applicando ad
intentum nostrum dicere possu-
mus secundum quod virginis concep-
cionem fuisse in peccato aut
non fuisse cum petitur fa-
cienda est distinctio quantum
ad dictam temporis peti conci-
cionis et dispositionis Si
respiciamus ad tempus conce-
cionis sive prout dicit con-
cio seminum scilicet ad illud dic-
gno ad cuius generacionem con-
uenerunt parentes ipsius
Et si peccatum prout hic vide-
tur dicere accipitur pro fetore
libidinis et viciosa corrup-
cione carnis. Sane intellige-
do non est inconveniens dici quod
in peccato concepta fuit Et sic
intelligitur auctor hic ad
longitudinem prout supra declarabitur
plenius Vnde istud sic dici
repugnaret ad illam positio-
nem de purificacione seminis
in matris vtero Et quod di-
cere eam isto modo conceptam
fuisse in peccato idem est ac si
dicat quod concepta fuit com-
muni modo propagacionis humane
Si vero ad illud tempus respi-
ciamus concepcionis sive quando
fuit vnitio anime racionalis
cum corpore tunc quia loco peccati
gracia infuit sic non dicitur
concepta in originali peccato

Item secundo quia peccatum originale dicitur vz pro pena peccati id est viciosa corrupcione nature que nobis omnibus inest ex mixto primi parentis / aut pro originalis iusticie carencia prout dicit [illegible] sive indignacionem divinam / primo modo non negetur sane sentiendo quod fuisset concepta in peccato sed non asseritur simpliciter quia ipsa numquam fuit vas divine iracundie nec culpe sive odiosa deo vel abhominabilis. Sic enim quia propheta dicebatur equivoce Iohannes dictus est propheta unus et negatus alius. Item tercio potest distingui contitum ad condicionem similitudinis. Sic enim Iohannes dictus est Helias quia habebat aliquas condiciones sibi similes ut austeritatem vite etc. Ita ergo cum beata virgo habuerit multas condiciones illis similes quas habent omnes qui contrahunt originale peccatum. Ex hac intelligencia esto consimiliter dicendum est non concepta fuisse tamen racione assimilacionis possit concedi. Constat enim ut communiter dicitur quod concepta fuit in libidine et habuit naturalem mortis famis sitis et alias similes penalitates que reperiuntur in illis qui contraxerunt. Hec autem habitis distinctionibus esto quod ad ea de quibus sic non loquitur scriptura divina quo de beata virgine locum habent non dicant tamen in ipsa peccatorum possent admitti ut liceat scripturis scripturas concordare. Secundo materiam

Hic dicere prout de conceptione beate virginis loquimur secundum disposicionis nature regulas / prout autem refertur ad divinum propositum aliud esset dicendum. Item quarto modo et de isto erit prosequucio potest distingui quia conceptionem beate virginis fuisse in peccato potest intelligi dupliciter aptitudinaliter vel actualiter intelligendo. Sane nullus negaret. Nam ex communi modo conceptionis sue cum omnibus aliis aptitudinem immo necessariam disposicionem contitum est ex virtute nature habuit ut peccatum contraheret / et aptitudinaliter solum intelligendo dici habet quo posset concepta fuisse in originali peccato prout originale peccatum large dicitur vz pro necessaria disposicione ex parte nature corrupte ad id. Sed actualiter numquam in eo concepta fuit / quia ut supra declaratum est in primo instanti sue personalis conceptionis contraxisset actualem culpam o pugnant gracia [illegible] sic sanctificans [illegible] cum culpa et gracia pro eodem instanti non possint simul inesse eidem sublato hoc [illegible] quod sua personalis conceptio fuit actualiter absque peccato originali. Et autem iste modus sic accipiendi conceptionem pro actuali disposicione contrahendi fundatur in sacra scriptura patet ex doctrina Anselmi in tractatu de conceptu virginali c viii / dicit enim sic Et si non statim infans per ipsam conceptionem habet peccatum Quid est quod dicit David Ecce [illegible] Et quod dicit Iob Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine Nonne tu qui solus es. Et quid vero

est quod dicit david Ecce in iniqui-
tatibus conceptus sum et in
peccatis concepit me mater mea
Quarta quaestio si possit quomodo
quis non statim ab ipsa
conceptione sit in infirmitatibus
peccatum de iniquitate tamen scire
iniquitatibus est in peccatis con-
cipi dicantur. Respondeo utique scrip-
tura divina asserit aliquid
esse quod non est. Quod est
certum et futurum esse. Dicit
quippe deus ade de ligno ve-
tito dicit Ecce in quacumque die
comederis ex eo morte morieris
non quod ea die mortuus sit cor-
pore sed quia ea die necessitatem
accepit aliquam moriendi. Et
paulus similiter ob necessitatem
moriendi aliquam aut quam aut
ut aliquid in nobis est corpus
quidem mortuum est propter peccatum
spiritus vero vivit propter iusti-
ficationem. Non enim corpora
eorum quibus loquebatur mortua
erant sed moritura per peccatum.
Quia per unum hominem in
hunc mundum peccatum intravit
et per peccatum mors. Sic in ada
omnes peccavimus quando ille peccavit
Non quia tunc peccavimus ipsi
qui non dum eramus sed quia
de ipso futuri eramus et tunc facta
est illa necessitas ut cum essemus
peccaremus quando per unius ino-
bedientiam peccatores sunt con-
stituti multi. Dicitur de imundo
semine in iniquitatibus et in peccatis
concipi potest homo intelligi
Non quod in semine sit immundicia
peccati et peccatum sive iniquitas
sed quod ex ipso semine et ipsa con-
ceptione ex qua incipit homo
esse accipit necessitatem ut cum habebit
animam rationalem habeat peccati

immundiciam que non est ad
ipsum peccatum et iniquitas. Ex hac
auctoritate anselmi manifeste patet quod
dictum est videlicet posse dupliciter
intelligi conceptionem hominis
in peccato esse aptitudinalem vel
actualem. Item patet 3o quia
peccatum accipitur dupliciter scilicet large
et ita vocatur peccatum quod est dis-
positio ad peccatum sicut qualitas
morbida sive infectiva que
a quibusdam in semine esse
dicitur ex qua causatur in anima
peccatum. Secundo peccatum accipitur stricte
et solum est in voluntate
rationalis creature. Patet er-
tio quod illa auctoritas apostoli ro-
mani in qua totus fundatur
a contraria assertione professio
non dicit actualem contractionem
peccati sed aptitudinalem sive ne-
cessariam ad contrahendum
dispositionem. Sexta modo
gloso dicit ro. v. allegatur ab
hugone in ii dis. iii dicens. Alia
sunt ipsa peccata in quibus tamen
peccaverunt quorum peccata sunt. Alia
hoc unum in quo peccaverunt quia
omnes in uno hoc fuerunt. Alia
manifestum est itaque omnes in ad-
am peccasse quia in massa
hoc at uno non negaret in
carne beate virginis fuisse pe-
catum. Item et ipsa fuit in
adam tanquam in massa cor-
ruptionis omnes alii homines et ita
fetus ille ex necessitate nature ha-
bebat inclinationem ut peccatum
originale contraheret tamen beata virgo nun-
quam contraxit preveniente gra-
tia sanctificante. Octavo patet
quod auctoritas ille que loquitur
de conceptione in peccato originali
intelligi potest de conceptione

peccatum accipitur dupliciter large et stricte

prout est commixtio seminum
viri et mulieris Ecce in iniqui-
tatibus conceptus sum etc.
ps l dauid ut fiat mun-
dum de inmundo conceptum
semine Item et illa omnes
in adam peccauerunt et per
vnius inobedienciam pecca-
tores constituti sunt multi Hec
eciam est doctrina magistri in iii
dist xxxi vnde et hiis mate-
rialiter concepcio sumitur dupli-
citer pro semini commixtione
et naturarum coniunctione scilicet
anime et corporis De vtraque
uero legitur in sacra scriptura
Gen xxxviii legitur de tha-
mar quod ad unum coitum con-
cepit etc conceptus accipitur
ubi pro seminis infusione Item
ii Reg xi de Bersabee quod
cum dauid dormiuit cum ea
statim reuersa est in domum
suam concepto fetu Item
clamus ad hebr xi fide et
ipsa sara sterilis virtutem
in concepcione seminis accepit
Et iste modus accipiendi sic
concepcionem fundatur philosophica
scientia que docet ix mensibus
in vtero communiter consistere fetum
conceptum Constat autem quod post
anime racionalis infusionem
que ut communiter dicitur infun-
ditur masculis xl die, mulieribus
de [illegible] casu est in vtero
matris per nouem menses Est
eciam in hoc conformis ciuilis
scientia que partum in vtero
post mortem viri de consuetudine
dum usque in ix mense et
post minus qui nascatur mense
x non admittens ad hereditariam

successionem animatur Et
vero concepcio sumatur pro
naturarum coniunctione siue pro
hominis constitucione personali patet
Gen xxi de agar que conce-
pisse se uidens despexit do-
minam suam/ quod non po-
terat potuit hec videre sed per
corporis formacionem manife-
stius De hoc luc primo dicit angelus
ad beatam virginem Ecce con-
cipies et paries filium Con-
stat autem quod in instanti sue
concepcionis xpc fuit animatus
Et iste modus concepcio prout est per-
sonalis hominis constitucio aliquando
vocatur natiuitas in vtero
Math i Ecce [illegible] in ea natum
est de spiritu sancto est et tamen
adhuc xpc tunc erat in vtero
Item Magister sententiarum in iii
dist xxxi vtrumque vocatur con-
ceptus s. ut cum caro coagulatur
formamque humani corporis re-
cipit/ et cum anima infunditur
quod eciam aliquando dicitur nati-
uitas vnde quod natum
est in te

Ista ergo distinctio satis
autentica est ergo continet
sacri canonis quod dupliciter
dicitur concepcio hominis materialis
scilicet et personalis Materialis
illa est que est in seminis
infusione et completur usque
ad perfectam organisacionem
corporis in membra distincta
Ita quod iam intelligitur in eo esse
completa disposicio ad suscep-
cionem anime racionalis Per

Ad concordiam dubitatis
de concepcione virginis

sonalis vero conceptio dicatur
quando primum ex coniunctione anime
cum corpore verum est dicere
iam personam racionalem et ho-
minem esse. Et attendendo in
presenti nostra distinctione ista ma-
net hec doctrina de sancta
conceptione virginis in suo vi-
gore. Et auctores quorundam
sanctorum et aliorum que
dicuntur esse in contrarium intro-
ducuntur veneracione. Dico quod
beate virginis conceptio perso-
nalis propter dignitatem et
prerogativas que eidem competunt
fuerit sancta pura et munda
absque peccato, tamen conceptio ma-
lis illius fetus qui forma-
tus fuit ex semine Ioachi-
im et Anne quia communis
cum omnibus aliis eo modo
quo aptitudinaliter in semine
dicitur peccatum contraxisse quod in peccato
fuit. Unde isto loquendo intel-
ligi possunt et valent exponi
auctoritates sanctorum si qualitercumque
quod dicant videantur oppositum.
Quia sic intelligendo salva
excellencia ac dignitas beate
virginis de qua loquitur con-
tinentia veritatis sacre scripture
et doctrina sanctorum in vene-
racione tenetur. Omnes enim
raciones et auctores que pro-
bant concepcionem beate virginis
fuisse absque peccato, fundant
se precipue in excellencia ip-
sius virginis ex personali dig-
nitate arguendo quod numquam decuit
illam sublimissimam ~~po[illegible]~~

personam fuisse deo odiosam
sed dilectam et gratam tan-
quam futuram matrem et
sponsam suam. Raciones
vero sanctorum et et auctores
et aliorum doctorum que in
contrarium inducuntur omnes
innituntur naturali corrupcioni
nature, quod quia ex semine
libidinose concepto generata
fuit, ideo dicatur concepta in peccato
sive habere carnem peccati.
Constat enim ut supra decla-
ratum est utrumque simul posse
stare quod de immundo semine
materialiter concepta sit et tamen
personalis conceptio sua ipsa
fuit munda et sancta. Et
numquam actuali peccato subiecta.
Et sic quod aliquid propter dispo-
sitionem que inest ex parte
nature dicatur retinere de-
nominacionem que vigore illius
dicitur sibi competere. Ergo
consideranti sacram scripturam
patet quod quando aliquid uno modo
stat in dispositione cause etc.
et alio modo in divina preordi-
natione. Nichilominus etiam si
numquam fiat prout stat in
dispositione causarum ~~[illegible]~~
inferiorum, tamen propter illam
aptitudinem sive necessitatem
quam habet ut sic fiat dicitur
aliquid retinere denominacionem
ac si actualiter ita futurum esset.
De hoc nobis sunt exempla in
sacro canone biblie iiii Regum
xx°. In diebus illis egrotavit
Ezechias usque ad mortem

et venit ad eum ysaias dixit
q3 ei / hec dicit dns / Dispo-
ne domui tue / morieris em
tu et non vives / ecce quo qz
infirmitas illa qntum est
ex virtute nature non poterat
suscipere curacionem / signo
sic futurum erat qui diuina
virtute liberatus est a morte
miraculose / tamen dicitur
q erat mortuus. non quia sic
erat futurum / sed quia sic
erat sede cause disposicio Di-
vi liber legitur de ciuitate
diuine q respiciendo ad cau-
sam scdam vz demerita
ipsorum infra pl dies sub-
vertenda erat / sic tamen ad
futurum esse q diuina dis-
posicione Ione iii c. Ita
dz hic e autor eiusdem tissime
Sermo xvm Ita e de bta
virgine q licet dicitur ab
aliquo scto doctore conc-
epta esse in pcto hoc pt refer-
ri ad diposicionem cause scde
sz virtutem siue disposicionz
nature q modo com sue
concepcionis Comparando tn
ad diuinam virtutem pser-
vantem tamquam ad causa
superiorem nunquam in pcto
concepta fuit Et quoniaz
fortasse potest quis dicere
q illud sit verum in futicio-
ne rei propter contingenciam
et indeterminacionem sed ancta
Non tamen in pcto hic e
de beate virginis concepcione
quia in pcto vel puri a qua-
litate que e in actu non ast
in aptitudine dicit aliquid

denominari Ideo dicimus q
quando huiusmodi disposicio inest
ex virtute nature absolute ex
si contraria insit nichilominus
quia illa remanet in quadam
ipse aptitudine adhuc reti-
net illam denominacionem nec
Constat enim q angelis btis
est confirmacio in bono ita
ut diuina illis providencia
assistente iam non possunt in
malum flecti Nichilominus
tn quia ex condicione sue
nature psonalis arbitrii pro
ut in nudis naturalibus considera-
tur possunt verti ad malum reo
retinent illius naturalis condicionis
denominacionem Unde Iob
iiii de angelis btis dicit
Ecce qui seruiunt ei non sunt
stabiles Ex hoc eciam p thi
vi aplus dicit q solus deus
habet immortalitatem / quia ipse
solus ut Greg exponit in-
mutabilis est sua condicione
nature Item Iob iiii aspe-
xi terram et ecce vacua erat
et nichil Additur etiaz ad
hec ex doctrina saluatoris
lu vii Et aug sup eod ewe
xxiiii / q cum homini ex condicione
nature inclinacio et quedam
necessitas inest ad commissio-
nem culpe nec vitare illaz
possit nisi sustentante spiritu
et gubernante deo q vel
commissa erat et sibi dimissa
eciam si nunquam commisit
imputatur Dicit enim saluator
Cui plus dimittitur plus di-
ligit / et cui minus dimittitur
minus diligit Ex hoc videbatur

sequi quod plus diligit deum
maximi peccatores venit ad de-
um conversi quam innocentes qui
diu in sanctitate vite perseuera-
uerunt quia istis minus di-
missum videtur / et illis mul-
ta et maxima peccata dimis-
sa sunt / ergo oportebat multa
mala committere ut multis di-
missis amplius deum pos-
semus diligere. Absit
hoc sana autem intelligencia
super hoc passu est ista / declara-
ta enim qualiter regente deo pec-
catum ab homine non committi-
tur dicit sic Jam ut modo solu-
ta questio est hic multa com-
misit et multorum debitor
factus est. Ille gubernante
deo pauca commisit cui depu-
tat iste quod dimisit huic
deputat ille quod non commisit
Adulter non fuisti in ista vita
tua priora plena ignorantia
non dum illuminatus / non dum
bonum malumque discernens
non dum credens in illum
qui te nesciente regit sic tibi
dicit deus tuus. regebam te
michi seruabam te michi
ut adulterium non committeres
suasor defuit / et ut suasor
deesset / ego feci locus et
tempus defuit et ut deesset ego
feci affuit suasor non defu-
it locus non defuit tempus
ut non consentires ego
terrui Agnosce ergo gratiam
eius cui debes et quod non
admisisti michi debet iste quod
factum est / et dimissum vi-
disti michi debes / et tu quod
non fecisti nullum enim est
peccatum quod fecit homo quod

non possit facere alter homo
desit rector a quo factus
est homo. Ecce quod hic ma-
nifeste apparet quod omne pro-
tegente deo speciali gratia sua
quis non committit peccatum re-
putatur acsi commisisset et
ei dimissum fuisset. Ex
quo bene sequitur si necesse
sitas quod tunc est quod corrupcio-
ne nature ut contraheret o-
peccatum / sed deo singulari preserua-
te non contraxit nec immu-
ni ab aliquibus doctoribus dicitur
quod mundata vel sanctifica-
ta est in utero ab originali peccato
quia quod doctrina ista salua-
toris quando quis preseruatur
ne committat peccatum pro-
inde reputatur acsi contrac-
tum fuisset et dimissum
Et hic non possent eorum
dicta sanam recipere intelligen-
ciam quod proinde habeatur
illa preueniens sanctificacio ac-
si post contractionem mundata
fuisset cum nullo esset in
potestate sue nature resistere
Et hoc potuit notari in
secunda parte illarum xxi pro-
posicionum contra allegacionibus
quod non obstante huiusmodi per-
suasione etc. Ecce iam ma-
nifeste patet quod conceptus ma-
lis corpus illius virginis pro-
ut conceptus assumit pro co-
mixtione seminum quod respi-
cit solum id quod est nature cui
inest naturalis disposicio ad con-
trahendum peccatum. Amplius

Ad concordiam utriusque doctrine

dicatur in peccato fuisse accidentaliter
peccatum pro dispositione ad id
Conceptio vero sua personalis
sive eius nativitas in
utero quia respicit digni-
tatem et graciam hic dicitur
esse absque culpa Et hec
distinctio manifeste videtur
colligi ex doctrina sancti Thome
in expositione super Ave
Maria ubi dicit quod fuit
in originali concepta non nata
Prima etenim conceptio sic con-
ceptio vocatur quod communiter
non recipit denominacionem
nativitatis Secunda vero pertinens
est conviccio naturarum vel perso-
nalis constitucio conceptio
simul et nativitas appel-
latur Unde intento eius dicit
quod est concepta in peccato quia
odiosa est referendum dicit ad pri-
mum statum conceptionis
quod ita dicatur conceptio quod
nativitas non appelletur Se-
cunda vero quod sit nata absque
peccato debet intelligi simi-
liter referendo ad nativitatem
que dicitur in utero Similiter
etiam illud quod dicit eam esse
a peccato mundatam Munda-
cio enim a peccato non dicit culpam
prefuisse in subiecto Aliquan-
tum Nisi dicat eam mun-
datam per conceptionem verbi
intelligeretur tale in peccato
fuisse quod absurdissimum
est Et quod hec sit intencio
sua patet ex duobus quia
ut supra commemoratum
est dicit in eadem expositione dicit

enim in primo quod purissima fuit
quantum ad culpam quia
nec originale nec mortale nec
veniale incurrit peccatum quo in-
clarius dici potest Secundo quia
dicit quod purissima fuit quan-
tum ad penam quia tum
tres maledictiones date sunt
hominibus propter peccatum prima
mulieri secunda homini tercia
utrique beata virgo immunis
fuit ab omni maledictione
Et ideo benedicta in mulie-
ribus quia ipsa sola ma-
ledictionem sustulit et be-
nedictionem portavit et ianuam
paradisi aperuit Isto igitur
modo intelligendi de duplici
conceptione potest esse concordia
utriusque doctrine videlicet quod respectu na-
ture conceptio materialis illius
fetus sive corporis virginei di-
catur fuisse in peccato Con-
ceptio vero personalis ipsius
semper munda fuit vel secundo
quod eius conceptio quantum ex
virtute nature est aptitudine
cum peccato fuit sed singu-
laris gracie convenientis be-
neficio non contraxit peccatum
Et ponendo prout dicit Bona-
ventura in iii° dist iii Hec
doctrina de puritate concepcio-
nis beate virginis non repu-
gnat sacre scripture immo
convenit quia beata virgo fuit
sanctificata per archam
chonsi in qua posita est ur-
na plena manna Sic anima
virginis plena gracia dei
fuit posita in carne Item
non repugnat fidei quia dicit

virginem liberatam a peccato
sive immunem non esse ex
condicione nature ut Juli-
ana et pelagiana heresis
affirmabat tamen quam hac
ex intencione arguit augustinus
sed dicit eam liberatam
per graciam virtutem ortu
a fide et carite christi sic gratia
omnium aliorum sanctorum Et
Hiis aut respondetur ad
ea que contra hoc ipse
doctor bonaventura dicit quod
assendo immundam esse con-
cepcionem virginis modus
dicendi est communior quia omnes
fere illud tenent. Hoc aut
si fuit verum erat fortassis
de tempore suo et solum quan-
tum ad illos quos prout
ipse dicit audivit auribus
suis Constat aut oppositum
iam fuisse Ita eciam se
habet quantum ad doctores Nam
licet antiqui aliud dixerunt
doctores novissimi ut an-
thonius de butrio et franciscus
de zabarellis sunt pro hac
parte ut et eciam questus de
ferrariis Item et alii plures
novissimi doctores faciunt
Sed aut comparacionem inter
doctores veteres nulli du-
bium quin multo maior sit
numerus tenencium hanc doctrinam
de sancta concepcione beate
virginis quam contra Senciunt
enim tenentes assercionem con-
trariam quod ab omnibus et
circa multum desit in cordi-
bus fidelium opus ipsorum
Sunt vero commemorari libri

Rao ad tertiam racionem

quod in Simbolo Clementi-
narum dicitur quod cum respicit
super effectu baptismi videlicet an
in baptismo simul infun-
dantur gracia et virtutes doc-
tores theologos opiniones
contrarias habuisse Nos
extimantis racionem inquit
Nos attendentes generalem
efficaciam mortis christi que per
baptismum applicatur pariter om-
nibus baptisatis opinionem
secundam que dicit tam par-
vulis quam adultis conferri in
baptismo informatem graciam
et virtutes tanquam proba-
biliorem et dictis sanctorum
ac doctorum modernorum
theologie magis consonam et
concordem sacro approbante
concilio duximus eligen-
dam Ecce patet quantum ad
diffiniendum catholicas ve-
ritates doctorum theologie
modernorum sit aptianda sima
Tunc quod dicit Bonaventura
de tempore suo et cum limita-
cione non est extendendum
in aliud tempus quia veri-
tates theologice continue
magis manifestantur Et
ipsemet dicit in iiii dist. xxx
Racio vero quam allegat
super hec dicens quod propter
multiplicem penalitatem que
fuit in virgine superius declara-
ta concludit quod potuit esse
quod non contraheret peccatum et
tamen haberet multas penalitates
provenientes ex peccato primi parentis
non assumitas ingressu sed ex
tractas Dicit eciam quod est
racionabile quia esse naturale

precedit esse gracie tempore vel
natura. Unde augustinus dicit quod
prius est nasci quam renasci et
prius est animam uniri corpori quam
graciam infundi. Utrumque sic
tamen apta nata erat infici
anima, ergo non inferat con
secrationem, patuit de hoc
contrarium evidenter. Quia non
plus esse necessitatur Deus ad
odiendum racione culpe peccati
quam ad diligendum racione gracie.
Et sic potuit si voluisset
in primo instanti odire, ita
potuit diligere. Et ex hoc ar-
gumentum non facit demon-
strationem, dicit quod est securior,
quia magis consonat fidei
pietati. Dicit hoc quod quia magis
consonet sanctorum auctoritati, ita
quod maxime intelligenti doctrinam
quam non allegavit auc-
toritates sanctorum deductas
supra aliquas forte contrarium
dixisset, quinimmo absque for-
te. Sed nulla est res consuma-
ta dum incepit quin tota
illo hec questio cepit esse in
disceptacionem doctorum.
Unde nec mirum quod non omnia
visa fuerunt a principio. Et-
enim ad intelligenciam veri tamen
multum facit diversa temporis
iuxta commentatorem prout distinguere
tempora et concordabis scriptu-
ras. Augustinus de verbis Domini
sermone xvi ipse etiam la-
mentat se in dicendo de uni-
versalitate doctorum. Non in-
dit absolute omnem sed cum
modificatione satis temperata
quos omnibus meis audiuis.
Sequitur circa quante sit effi-
catie omnes nominis. Ita
doctorum quos ego audivi dicit
hoc, ergo nullus dicit, quemad-
modum namque in principio
dictum fuit. Affirmacio negativa
super contentis in originali-
bus doctorum non est faci-
le comprehensibilis. Ex premis-
sis iam manifeste patet
quam racionabilis sit ita quadru-
plex distinctio in hac materia declara-
ta, scilicet temporis peccati, conditionis
et dispositionis, et specialiter
hec ultima de aptitudinali
et actuali conceptione.
Cum sacra scriptura et
sancti doctores in pluribus
materiis hac utuntur dis-
tinctione. Utrumque licet concludere,
quod presupponebatur irre-
fragabile dictum, quod sic
sacra scriptura pro sui con-
cordia et sana intelligencia
in passibus ambiguis li-
bent admittit, quamlibet ta-
lem distinctionem. Ita
et adversa posicio merito
debet admittere in hac materia
de sancta conceptione bea-
te virginis. Responsio specialis
pro ad supremum 2o ad auctoritates
scripturam
Hoc autem premisso ad
racionem auctoritates sacre
scripture adversario indu-
ctas respondetur. Respon-
sio ad plures sequitur ra-
cionem prime consideracionis,
quod beata virgo preservata sit
a contractione originalis
peccati ex singulari gratia pri-
vilegii specialiter refentem considera-
tamque ad naturam que quo modo

sue conceptionis inerrat / Ali-
quando etiam sequitur alteru-
tram quod ex intencione legis-
latoris intelligitur excepta
fuisse / primo ergo ad racionem
introductam auctorum dicitur
quod non est verum. verum probacionis
affirmo ergo enim ut ali-
quid firma fide credendum
sit tanquam de necessitate salu-
tis per omnes fideles non
sufficit dicere quod illud ex auctori-
bus sacre scripture clare con-
cluditur / requiritur namque ut
in prima allegacione deduc-
tum fuit quod concludatur necessario
et inconvincibili argumento
evidenter omnibus ut communiter
noto / vel quod sic verum constet
esse ex affirmacione ecclesie catho-
lice quam credimus in hiis
que fidei sunt errare non
posse. Oportet namque primo
constare quod id concludatur
ex auctoribus sacre scripture et de
hoc non constat assertum sed cre-
ditur iudiciis determinacionum /
Item enim supra deductum fuit
ex symbolo Clementinarum
declarare dubia fidei ad eccle-
siam generale concilium et
ad apostolicam consideracionem
duntaxat pertinet / Item
magna differencia est concludere
si probatur sive dyalectice aut
demonstrative resolvendo
ad apertam contradiccio-
nem aliquid dicatur concludi
assumptum vero pro minori
videlicet quod virginem esse conceptam
in originali peccato clare concluditur
verum / non sic patet ex supra

deductis et ex responsione
ad inductas contrarias racionibus
et auctoritatibus ad primam dicitur
iuxta doctrinam augustini in
de natura et gracia excepta specia-
lis ex intencione apostoli in
eo passu cum loqui de peccatis
actualibus iudeorum et gre-
corum / premisit namque ante
ad causativi namque primo iu-
deos et grecos omnes sub pec-
cato esse et continuando pro-
bacionem suam infra subdit
omnes enim peccaverunt et egent
gloria dei / Quod autem sit
sensus litteralis patet manife-
ste intuenti omnes glosas et scripta
super hac epistolam ad Romanos di-
cunt enim quod apostolus in hac
epistola intendit reducere ad con-
cordiam iudeos et gentiles
qui contemnebant se ad
invicem alii aliis se ma-
iores preferentes. dicentibus
iudeis se et non grecos fu-
isse dignos ad graciam christi
quia illis fuerat lex data
et ex eorum semine erat de-
scensurus secundum carnem
gentilibus econtra redar-
guentibus eos quod cum non
observassent legem datam
quanto plura beneficia perceperis-
sent racione ingratitudinis
magis indignos se reddide-
rant ad christi graciam / apostolus
autem ostendit in primo capitulo
huius epistole gentiles propter
multa et enormia peccata
de quibus ipsos redarguit in-
dignos fuisse gracie dei

hc etiam ostendit de iudeis
in xpo c Nunc autem in hc tercio
ostendit simul de vtrisqz
vnde illud additum quadru
so in augendo eum dt qz
omnes scz credentes in xpm
peccauerunt et probat eo vbo
sequenti Non n e distinc
cio prout ipse glosat illorz
scz qui crediderunt patz ad
ducumentum esse Dicit
namqz aplus clare in tex
tu Non enim est distinctio
iudei et greci et quadruso
glosatur illorū scz qui cre
diderunt Si enim pmitta
tur vnum scz et tn non
est ppositio falsa que no
efficiant vera et contra
vt si dicam qz ista e fla
deus e scz angelus et ita
vera deus non est scz cor
poreus Et ex hc patz qz
ille primus modus argume
tandi ex hac auctē non
sit tante efficacie qua sup
ponebatur quia aplus no
ita gnalit loquitur Sco
quia hic loquitur de pec
catis actualibz illorū quorz
redarguit peccata et reducat
ad concordiam Tercio
quia non e bona consonacia
qz de racione credentie in
xpm sit primo fuisse in peccato
Cum nullus habens da
pnacionis peccm credat in xpm
licz enim mens paciendens hc
sit verum qz quia omnes
nascuntur in origli peccato io
communit omnes qui credunt in
xpm aliqn peccauerunt Et
non tn hc simi bzt noticiā qn
xpionem Nam angeli
crediderunt in xpm ante

suam beatitudinem et tn
nunquam peccauerunt Certo
aut illa maior intelligitur
de peccato actuali etc non hz
verum in innocentibus q
ante adultaz etatez moriunt
absqz actuali peccato vz qz omnes
qui crediderunt in xpm pec
cauerunt Nam paruuli saluā
tur in fide xpi et baptizātur
diu in xpm credere aut intel
ligitur de peccato origli et tunc
est iusticia de adam et eua instancia
qui non fuerant concepti in o
peccati et tn crediderunt in xpm
Qualit aut quantum ad hc
pont dici que supra dicta
fuerunt de membris ex quo
non e nce primo fuisse me
brum dyali Inde cum n
aplus hic nec diuina scrip
tura alibi dicat illam
vlem assumptam propositionez
prout quadruso sumit non
e nce nec hz annexam
certitudinez neqz veritatez sume
do peccatum conformit patz
ergo qz primus suus modus
argumentandi non concludit
Et io licz beata virgo credidit
in xpm non tn sequitur qz con
cepta fuit in peccato origli
Similr nec concludit secundus
cum dt qz omnes iustificati
per xpm peccauerunt patz
enim ex dictis qz hec auctas lo
quitur de multitudine in quibus
dam personis Sed esto qz
gnalr de omnibus stat ali
quem iustificatum esse et
nunquam peccasse quecad
modū stati dicē et supius

declaratum fuit de sanctifi
catione quod accipitur contrarie
privative et negative. Est
ultimo modo competere potest illi
qui semper per originalia iustus
aut nunquam fuit peccator
vel iniustus. Verum licet
hec se ita habeat intuendo
ad intentionem apostoli, tamen
quia augustinus in allegata ex
adverso auctoritate que partim
in glosa ordinaria ponitur. Dicimus
quia glosa ordinaria super textum
tantum extendit ad originale
peccatum. Addo quod omnes peccaverunt
vel in seipsis vel in Adam
Adam quia sine peccato non
fuit / vel quod originale contra
xerunt / vel quod malis mori
bus addiderunt. peccatum enim
primi hominis non solum ipsum
sed omne nocuit genus
humanum. Dicitur quod ad hanc
auctoritatem et sequentem que est ex
intentione apostoli prout com
muniter exponitur loquitur
de originali peccato. est eadem re
sponsio. Verum autem hic com
memorari libet quod si hec
auctoritas prout dictum est loqui
tur de peccatis actualibus
Et est hic apostolus quod omnes
Iudei et greci peccaverunt vitio
tamen facit exceptionem de
beata virgine si velit propositio
in sacra scriptura prout de
fendere nititur adversa posi
tio non admittit partitionem
ab ipsa distrahentem quod
ergo erit. Dicitur. Dicit enim quia
omnes in Adam peccaverunt
concludi debet quod peccavit originaliter

Circa ex hoc concluditur quod pec
cavit actualiter. Attento quod
premisit, causati enim sunt
iudeos et grecos omnes sub
peccato esse. Et constat quod
beata virgo fuit de semine
iudeorum / pro responsione
vero ad auctoritatem augustini
in de natura et gratia
et ad alias multas que
ex adverso contra hanc doctrinam
generaliter allegant / quasi di
cere velit quod hec doctrina
quia asserit in beata virgine
nichil peccati aut culpe fu
isse. Dico contra ipsam
militat predicte et similes
auctoritates. Attendendum
est quod de tempore augustini contra
gratiam dei insurrexerunt
Iuliana et pelagiana here
ses, que ut ex summa augustini
refert in 2o de hr xxviii et
xxx sic asserebat inimici ex
tollentes voluntatis arbi
trium et gratie dei non re
linquerent locum. Dicebat quod
sine gratia posset homo
implere divina mandata
et obtinere vitam eternam
Nec oportebat quod gratia ad
deum porrigeret orationes pro
infidelibus et peccatoribus
ut converterentur sive ut pro
gratia augeatur quia asse
ret quotidie auxilio gratie
ex sola virtute nature
et libertate arbitrii pote
rat si vellet conari / asse
bat etiam parvulos omnes
sine ullo vinculo pecca
nasci. Adversus huiusmodi hereses

Esse aque
immunem a peccato
ex gratia dei fi
dicit augustini

perversitatem fidei destruentes
augustinus in multis locis doctrina
vero suavium vehementissime
arguit. Et specialiter in libro contra
Julianum et in isto de natura
et gratia. In hoc autem libro declarat
augustinus intentionem suam dicens
quod illa disceptatio adversus eos
non est super hoc / quod reputetur
impossibile hominem sive naturam
humanam esse sine aliquo
peccato. sed super hoc quod auxilio
hoc possibile est, scilicet nature et gratie
Etenim si ipsi confitentur quod au-
xilio gratie dei hoc possibile est
ut quod iam est pax inter ipsos
Nam sic ipsi componunt se
dicendo velle defendere naturam
Ita et augustinus defendendo gratiam
Equidem deus simul est creator
et salvator. Unde in c. xx
j. vehit contra eos dicens
quod in nostra iustificationem et gratiam
contradicit. De hac intencione a-
ugustini habetur in predicto libro
de natura et gratia c. xxxj
dicit enim sic in persona adversa-
rii ... in nostra non peccandi pos-
sibilitate contendit in qua
nec nos adversus eum certare
opus est. Unde nec illud ni-
mis curo utrum fuerit hic
aliqui vel sint vel esse pos-
sint qui perfectam cui nichil
addendum esset habuerunt
vel habeant vel habituri
sint caritatem dei. Ipsa
enim verissima plenissima
perfectissimaque iusticia. Quoniam id
quod voluntate hominis adiuta per
dei gratiam fieri posse con-
fiteor et defendo quando

vel ubi vel in quo fiet ni-
mium certare non debeo nec
de ipsa possibilitate contendo cum
sanata et adiuta hominis vo-
luntate possibilitas ista simul
cum effectu in sanctis proveni-
at. Cum caritas dei quantum
plenissime natura nostra sanata atque
purgata capere potest diffunditur
in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis / me-
lius itaque dei causam ago quam
semper dat agendo et defen-
sare naturam. Item c. xxxiiij
proinde si medice sentimus
sic pro membris sanatis gratias
agere ita pro sanandis ora-
re debemus / ut absolutissima
cui nichil addi possit sanitate
perfecta dei suavitate plena liber-
tate perfruamur. Non enim ha-
beamus naturam posse esse sine
peccato humanam / vel nullo modo
negare debemus perfectam posse
quam perfici non negamus. Set
gratia dei per ihesum christum domi-
num eo adiuvante sic dicimus
Item c. xxxv. Et ad contra
eos disputat qui dicunt quod
quis nolit sine peccato esse si hoc
in hominis esset positum potestate
recte quidem disputat hec ipsa
eos confiteri non esse impossibile
quia hoc vel multi vel omnes
volunt sed hoc unde sit possibile confi-
teatur et pax est. Ipsa est enim
gratia dei per ihesum christum domi-
num. Et infra ipsa nostra gratia
dei per ihesum christum domini nostri
vel sanatur quod viciata est / vel
quod sibi non sufficit adiuvatur

Utrum enim in hoc seculo fuit vel sit
vel possit esse aliquis ita iuste
vivens ut nullum habeat omnino
peccatum potest esse aliqua questio inter
veros pios que vanos posse tamen
esse etiam post hanc vitam
quisquis ambigit desipit Et co
ut de vita ista volo contendere
Ecce in hiis patet clare
de intencione augustini quod prius di-
sceptacio sua erat super absencia
gracie non autem super
immunitate peccati dumtaxat hec non
virtute nature sed attribueretur
dono divine gracie Unde quia
hec doctrina asserit immuni-
tatem peccati originalis fuisse in beata
virgine non quidem virtute nature
sed singularissimo dono gracie
huiusmodi auctoritates generales augustini
contra eam non militant
Quod ipsemet dicit penes se
nullum esse dubium quod in hac
vita cum auxilio gracie dei
possit homo esse a peccato immunis
Sed aut illi heretici conabantur
defendere virtutem et sa-
nitatem nature hec doctrina
maxime redarguit Confi-
tetur enim cum sanctis augustino al-
legatam cum adverso quod nullus
sine gracia dei est salvus Et
ideo dicit quod quomodo sue con-
cepcionis comuni cum omnibus
aliis nativitatis incurrat beata virgo
in contrahendi culpam ori-
ginalem sed auxilio divine
gracie preveniente non contraxit
Dicit enim auxilio divine
esse quod fuit specialius in beata
virgine quam in aliis quantum fuit
racionale asserere que supra

fuere habundancius comme-
morata satis demonstrant
Nec si non contraxit ideo non
dicatur inde non egisse au-
xilio gracie immo hoc idem
suffragante non potuit
Constat enim quod doctrina augustini
in ii di xxiv quod primus homo
in statu innocencie egebat
auxilio gracie similiter et angeli

Respondetur ad auctoritates fundamentales
pro contraria assercione

Ad secundam auctoritatem omnes
in adam peccaverunt
secundum modo racionem
omnes concupiscencialiter propagati
peccaverunt peccato ipsius ergo et
maria quia concupiscencialiter propagata
contraxit peccatum originale Et prima
responsio quod quia auctoritate doc-
trina quod adverso modificat
verbum apostoli quod generaliter loquitur
dicendo quod non omnes peccave-
runt sed solum carnaliter propa-
gati quod facit quod necessitate quia
constat tres esse qui non contra-
xerunt adam eva et christus
quorum nullus fuit concupiscencialiter
propagatus Eadem auctoritate hec
doctrina potest modificari dicendo
omnes concupiscencialiter propa-
gati nec privilegiati ut subsequenter
respectu beate virginis concipiatur
Et ut patuit quod doctrina au-
gustini in libro de ecclesiasticis dog-
matibus Item et solum
in epistola ad innocencium non
repugnant hec in lege divi-
na omnium hominum futuram esse
mortem loquendo communiter et
non de speciali gracia privilegii

aliquos non debe' mori Ule
rius dicit q non e' nte' ut si
doctrinam ho adversso addi con
cupiscien' propagati · ut scdm
istam privilegiati / quia licet
Sic valet non qualificat' ex
quo in sacrascriptura ad spale
de istis vz xpo et virgine comme
morat' hic sufficit sic ut nate
est infra in capitulo xl omnia
que determinata fuit vz etiam
convertant' adde qualificacionem
que denotet causam p sub
illa non includi, quia spaliter
in sacrascriptura de hec alibi
commemorat' Non vid dabis
sanctum tuum vide corruptoz
ps xv Secda responsio e' cuius
supra fuit declaratum silr mul
ta que obstant huic descen
su ab universali iam omnes in
Adam peccaverunt ad hanc
ptinez maria peccavit / Primo
quia ubi singularitate a suo
vli distrahit racione alicuius
dignitatis et prerogative que
et genus transcendit non
licet ab vli ad huiusmodi particulare
ex eo cum omni mensura descende'
maxime in eo qd detrahit
illi prerogative Dicimus enim
q omne corpus humanum est
destructivum corruptibile et po
derosum tamen sub ista vli
non licet descendere ad cor
pus xpi vel virginis nec ad ad
quodcumque glorificatum · etiam
si particularis premissa sit
vera q corpus glorificatum
e' humanum corpus Et hinc
obstat descensui quia in ipsis
est prerogativa spalis que tran
scendit omne genus corporis

2m ob
vo pe

Corruptibile enim et incor
ruptibile plus differunt quam
genere Circa possz dici de hac
virgine Nam in ea excepta
dicta v plus e' de excellencia
et gratia quam in omni humana
creatura et angelica Tercium
est q lex ignominiosa et pe
nalis nullatenus extenditur
ad personam cuius dignitas
est maior quam tocius multitu
dinis que subicitur illi legi
com Exemplificari potest
de lege discipline sive penali
quam paterfamilias ponit in
domo sua, utpote q nulli
de nocte aperiatur porta vel
in simili Constat enim q non
est de eius intencione sibi et
uxori ea hora portam non
aperiri / licet sub hac lege de
familia dicatur compre
hendi / tamen quia ipse respectu
huius regiminis in domo maio
ris dignitatis est quam omnis fa
milia hinc e' q sub lege
universali non comprehendit
ipse Item exemplificatum
est supra de regina Hester
quo sub lege vli no comprehen
dabatur Esto q tam dignitas
sive dignitatis non dicetur
fortassis aut supra deductum
fuit q dignitas sive excellencia
gratuita beate virginis e' ma
ior quam omnium hominum qui subi
ciuntur decreto divine maledic
tionis ob peccatum primorum parentum
Quartum qd impedit descensum
huiusmodi est q primum principium
in quocumque esse iniquaz dicitur cc

subiectum qualitati contrarie
siue habitudini participandi sic
primum corpus luminosum nunquam
fuit subiectum tenebre Bea
tissima autem virgo ea habitudine
que cum christo sibi competit dicitur
esse prima mater gratie ex
omnium hominum siue prima primum
in huiusmodi esse spirituale Sine
ergo nullatenus est concedendum
fuisse unquam subiectum
contrarie qualitati siue habitudi
ni videlicet corruptioni peccati Nec
obstat et cetera quia vis cau
satiua nunquam a posteriori
in prius sed a priori in posteri
us descendere dicitur Beata
autem virgo non tam filia ade
quam nos sumus dicitur mater Sic ergo
inconveniens est dicere christum etiam
si esset communi via propagatio
nis cum sit pater ade quantum
ad esse spirituale licet filius
eius dicatur quantum ad car
nem fuisse corruptum eius
peccato quia sic vis corrupti
ua per causativa diceretur ascen
dere a filio in patrem Et ita
sermo inconveniens est dici de
virgine Nam ipsa tam ade
quam aliorum filiorum dei in
regeneratione spirituali vere dicitur
esse mater Unde sic vis cor
ruptiua ad hanc etiam virgi
nem priorem primo parente
et mediatum ipsius non dicitur ascen
dere Respondetur tercio quod licet
hec quatuor fuerunt multa com
memorata superius quod hec
corruptio peccati non se extende
bat ad beatam virginem

quia mater et sponsa dei Re
gina celorum Domina ange
lorum et hominum ac etiam
demonum Quando ea que sibi
competunt ratione sue mul
tiplicis excellencie in istis
et in aliis denominationibus
sufficiente manifeste repug
nant corruptioni peccati preter
ista que in toto sufficiencia
reputari possent Certe
adhuc suffragari respon
sio potest quia peccare in adam — peccare in adam sumitur dupliciter
potest sumi dupliciter vel
quantum ad penam vel quantum
ad culpam quantum ad pena
lia intelligi potest Sic enim
filii peccare dicuntur in suis
parentibus quando luunt penas
pro peccatis parentum debitas
Thre. v. patres nostri peccaue
runt et non sunt et nos in i
quitatem eorum portauimus
Sed quantum ad culpam sola
reputatione filii in et cum
parentibus suis dicuntur pe
care Dicit enim David de
patribus qui fuerant in egypto
Peccauimus cum patribus nostris
iniuste egimus iniquitatem
fecimus ps. C.v. Item dicitur
Judith vii Dan iii et vo
Omnes enim qui ex eodem genere
sunt quasi comites reputantur in
peccato Constat tamen quod peccatum non
eodem modo dicitur respectu omnium
Primi namque proprie et absolute
dicitur peccasse propter volun
tariam transgressionem que in
eis fuit filii autem licet dicantur
non culpabiliter peccasse quod

in eis nulla fuit voluntaria transgressio / tamen quia sunt de genere illorum et ipsorum portant penam. peccatum patrum eis imputatur. Et patet quod in sacra scriptura dicitur peccasse illos qui nunquam commiserunt peccatum sed luunt penam ipsius. Cum ergo ut supra declaratum contingit beata virgo contraxit penam mortis et aliarum passionum que obvenerunt propter peccatum. Ista ratione pene dicitur in aliquando peccasse ~~Et si obiciat~~ ergo ita erit dicendum de aliis non valet. Constat enim quod ratione subiecta sepe variatur significatum predicati. Ita ut aliter in isto et aliter in alio intelligatur. Declaratur per hoc quia Ro vi Quid ergo dicemus permanebimus in peccato et gratia habundet absit. qui enim mortui sumus peccato quid adhuc vivemus in illo. Et infra. Qui enim mortuus est peccato iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo credimus quod simul vivemus cum eo scientes quod Christus resurgens a mortuis iam non moritur. Mors illi ultra non dominabitur. quod enim mortuus est peccato mortuus est semel. quod autem vivit, vivit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato viventes autem deo. Ecce patet quod esse mortuum de peccato dicitur de Christo. et dicitur de hominibus. differunt tamen quia Christus dicitur mortuus peccato id est pro peccato hominis

aut dicuntur mortui peccatis quia fuerunt aliquando sub eis. Apostolus ~~Cor~~ xv. Christus dicitur mortuus semel pro peccatis nostris et corpus nostrum dicitur mortuum propter peccatum Ro viii. aliter tamen ~~In Christo~~ enim mortuum esse dicit actualem carenciam humane vite. ~~In~~ nobis autem non dicit actualem carenciam sed aptitudinem sive necessitatem ad illam ~~Item~~ dicit apostolus Ro iii. Est autem deus verus verax. omnis homo mendax ~~Item dicitur~~ Io viii. quod dyabolus est mendax et pater eius. Constat autem quod ratione diversitatis in subiecto in istis propositionibus predicatum non univoce sed diversimode supponitur. Sic enim deus dicitur verax quod nunquam mentitur nec mentiri potest nec de potentia ordinata nec absoluta. Dyabolus autem sic dicitur mendax / quod licet ratione obstinacionis nunquam posset converti a mendacio. quia cum mendacium loquitur ex propriis loquitur / tamen aliquando verum dicere potest / quia demones crediderunt et contremiscunt ~~Ita~~ ~~Item~~ dicebant Christum esse filium dei ~~Item~~ de potencia absoluta potest deus dyabolum beatificare etiam dicitur verax. Cum autem dicitur quod omnis homo mendax aliter de eo qui est beatus in celo aliter de eo qui nunquam mentitus est sed verax tamen reputatur simpliciter / aliter de parvulo baptizato vel recenter nato absque baptismo. ~~aliter~~ de assueto mendaciis per totam vitam suam

Si vero dicat q de omnibus
intelligatur vnoo. hic e qd
inquiritur / tunc oportz opponere
re in tam tenui sufficacio-
ne racone mediacis vz pro
disposicione ad deficiendum
ex parte nature sue pro mu-
tabilitate ut glo or opponit
Et istomo cum eciam dulce
dicatur bris sane intelligen
do non negaret de bta virgine
Dicto prout supra comme-
ratum est in tcia allegacione
q in biblia reperitur multe
auctes comprehendetes omnes
homines sub peto actuali quas
absq aliqua excepcione virgo
Et cum iam sit firma fides
eam actuali nunquam peccas-
se / dicendu erit q si vna par-
ticularis excepco pro ut asserto
contraria ptendit falsificat
vlem q ille non sit vere cu
non fiat in ipsis mencio de
innocencia beate virginis Aut
si prout oms confitemur auctes
ille gnalit loquentes vere sit
Ex hic habetur intentum q
tunc ipam veritati non preiudi
cat excepco vnius persone ob
puritatem que est in ipsa
et nullo alio singularissime
reperitur Aut dicendum erit
tcio prout e exposicio aliorum
doctorum / q iste auctes dicunt
non actualem obligacionem
in petis sed disposicionem habi
tualem ad ipa ex parte cor-
rupcionis nature intus q absq
gra dei ab illis non pt esse
immunis / et aucte huiui ppo-
nitur de petoribus et de sctis

Et aut mte sit istam vel
aliam sanam intelligenciam
hic cta huiud auctes de petis
actualibus vniusalit loquitur
Ita q non eodem mo quantum ad
omnia subiecta intelligi petm
patz sepiur ex doctrina apli
in hac epla Ro vt enim pro-
xime adductum est dicit sic
causati eim sumus iudeos
et grecos oms sub peto esse
Constat aut q non eadem
peta intelligit de vtrisq Nam
alia attribuit gentilibus in pmo
capitulo Alia iudeis in 2o
Cum go dicat oms iudeos
fuisse sub actuali peto ma
nifestum e q si ista auct
comprehendit omnes q alit
erit intelligendum de sctis
in gra et virtutibus confirmatis
et alit de aliis De tcia
aut forme dicendum erit ut
supra adducebatur vel q
dicte vniusali ppone in sua
veritate ipsa intelligitur excep-
ta / a q sub peto esse et sonu
ad id disposicionem ex parte
nature que disposicio cum
virtute innocencie simul pt
stare Hec autem ut in quarta
allegacione plenius fuit de-
claratum sane intelligendo no
erit inconveniens dicere virginem
in Adam peccasse / quia modo
sue concepcionis comuni cum
omnibus aliis necessitatem ha-
buit ad contraccionem oralis peti
Et prerogativa non contraxit
Ad auctem vero augni in Enchi
allegata sup hic q petm adeo
no solu ipsum sed et nocuit

genus humanum. Cum sit
de illis que vniuersaliter loquitur
non faciendo mencionem de
beatissima virgine. Differt
responsio usque ad viii medium
ibi enim declarabitur de huius
vniuersalitate proposicionum
sed ut et quod quia Adam sibi
suam penam mortis et damna
cionis obstruxit / et quod omne
nocuit genus humanum
negatur illacio. Ergo eodem
obstaculo dicitur comprehendi de
superiori generis humani Racio
autem negacionis de superioribus
nota esse creditur, corpus
namque est superior generis hu
mani. Responsio multorum
ad tertiam auctoritatem

Ad tertiam inductam auctoritatem
sacre scripture dicitur
primo quod respondet ad hoc
apostolus in capitulo supponitur
immediate vz ad Ro vi Cum
dicit Quid ergo dicemus permanea
bimus in peccato et gracia
habundet absit. Sic enim
glosa dicit et alii expositores
dicunt hoc capitulum continuat
ad immediate precedens. Nam
cum apostolus dixisset vbi ha
bundauit delictum superhabun
dauit et gracia / ex hoc pseudo
apostoli imponebant quod docuisset
permanendum esse in peccatis
ut gracia habundaret. Apostolus
autem remouet errorem istum
dicendo quod absit hic sensus.
Nam de racione gracie siue ha
bundancie ipsius in homine
non est permanencia peccati. Ergo
non est de intencione apostoli dicere
quod ad existenciam gracie sit
habundancia illius / pre
cedens inexistencia peccati in ho
mine requiratur quia hec sit
necessaria ex disponens condicio
ad id cum sit contrarium postposicio
quod peccatum reddit indignum gracie
dei. Hec. Hec eciam hic dicitur
super tercio capitulo eiusdem epistole
apostolus docuit quia cum dixit
quod ex quorundam hominum peccatis
deus redditur commendabilis
cum inde bona eliciat insurre
xit error quod peccata ipsi faciunt
ad gloriam dei. Apostolus autem
reprobat hunc errorem epistola
racione / quia si sic deus esset
iniquus inferendo penam pro
peccatis que faciunt ad gloriam suam
Secundo non esset peccator quia facit
quod pertinet ad gloriam dei /
Et 3o in peccatis esset commendandum
quod ad gloriam dei ordinari
debent omnes actiones humane
dicit enim sic Si iniquitas
nostra iusticiam dei commendat
quid dicimus nunquid iniquus
est deus qui infert iram. Si
enim veritas dei meo mendacio
habundauit in gloriam eius
quid adhuc et ego tanquam
peccator iudicor et non sicut blas
femamur sicut quidam aiunt
nos dicere. Ergo ex hiis apparet
iuxta sententiam apostoli intelligimus
superius deductum fuisse quod
non sic contraria assercio pre
tendit laudabile aut necessarium esse
in peccato o eciam virginem concep
tam primo fuisse ut efficeretur
membrum Christi. Item si dicatur
prout hic aliqui pretendit allega
cio de virgine in via peccati / Vbi
habundauit gracia delictum

superhabundavit delictum et
gracia Conceditur ergo quod in
Magdalena habundancior
gracia fuit quam in beata virgine
patet quia delictum in ipsa
dicitur habundasse Et cum
hoc sit absurdum esset ergo intel-
ligendum sane quod dicit
Dicitur secundo quod ut docet augustinus
in de natura et gracia per hoc
quod apostolus dicit Sicut per unius
delictum in omnes homines in
condempnacionem Sic et per
unius iusticiam in omnes
in iustificacionem vite homines
Non est intelligendum quod omnes
homines per graciam christi sint iu-
stificati / sed quod sic omnes qui sunt
iustificati sunt iustificati per
graciam christi Sic omnes qui
sunt condempnati fuerunt con-
dempnati non alitur quam ex de-
licto primi parentis / Atque sic
nullus est iustificatus nisi
per graciam christi Ita nullus con-
dempnatus nisi per delictum
illius / Sermo est de condempna-
cione non accepta aliter quam
loquitur apostolus in predicta auctoritate
secundum istam intelligenciam
augustini quam ipse Hic et in
aliis pluribus locis suorum
operum ad istam et ad in-
tas similes auctoritates unius sen-
loquentes frequentissime dedit
manifestum est quod argumen-
tacio ex adverso non concludit
Tertio dicitur quod magna differencia
est inter sentenciam condempnaci-
onis et illius execucionem Sic
enim supra commemoratum est
in via redempcionis a sentencia
condempnacionis lata contra

aliquam multitudinem fre-
quenter deus misericorditer agit
cum una vel pluribus personis
multitudinis illius usque adeo
